

Ma

1285

de BEATI *Juan*
RAYMUNDI
LULLI
DOCTORIS ILLUMINATI
ET.
MARTYRIS.

LIBER
MAGNUS CONTEMPLATIONIS
in Deum.


JUXTA MOGUNTINAM EDITIONEM
in folio Anni MDCCXL.

IN VARIOS TOMOS DISTRIBUTUS.
Tomus X.

PALMÆ MAJORICARUM
anno MDCCXLVIII.

Superiorum permisso.

Typis Viduæ Frau Typogr. Regiæ
Audientiæ.



BEATI

fol. 3.

RAYMUNDI
ULLI
DOCTORIS ILLUMINATI
ET
MARTYRIS
MAGNUS LIBER
CONTEMPLATIONIS
IN DEUM
VOLUMEN III.

LIBER V.

DISTINCTIO XXXIX.

DE AMORE.

CAPUT CCLXIX.

Quomodo noster Dominus DEUS amet se ipsum.

1.
a.



DEUS gloriose super omnes glorias , magne super omnes magnitudines ! Tibi , Domine , fiat reverentia & honor semper ; quia, qui vult intrare in inquisitio-
nem

4 B. Raym. Lulli Lib. Contempl. Vol. III.
nem per quam invenitur & cognosci-
tur quomodo Tu ames tuam glorio-
sam Essentiam , oportet , quod inqui-
sitionem faciat quatuor qualitatibus, sci-
licet tuâ magna *Sapientia* & nostra *Me-
moria* & *Intellectu* & *Voluntate* ; quo-
niam , recipiendo significationes harum
quatuor qualitatum , habet homo cog-
nitionem de magno amore , quem Tu
habes erga tuam gloriosam Essentiam
divinam.

2. Igitur , cùm hoc ita sit , opor-
tet , quod nostra anima , *Domine* , ex
omnibus viribus suæ memoriæ & sui
intellectus & suæ voluntatis memoret
& intelligat & amet tuam sanctam Uni-
tatem & Trinitatem & tuas gloriosas
Qualitates ; quia , in quantum nostra
memoria poterit memorare & noster
intellectus intelligere & nostra volun-
tas amare , in tantum formabitur mag-
na cognitio quam nostra anima habe-
bit de amore , quem Tu habes erga
Te ipsum ; & in quantum in nostra
anima augebitur amor , in tantum in

Lib. V. Dist. XXXIX. Cap. CCLXIX. 5.
ea magnificabitur memoria & intelligentia.

3. Sed , quia memoria & intellectus & voluntas sunt in nobis res creatæ & principiatæ & terminatæ & finitæ , & amor , quem Tu , *Domine* , habes erga Te ipsum , est æternus & infinitus & sinè ullo termino , propterea oportet , quòd nostra anima memoret & intelligat multò majorem esse amorem qui est in Te , quam ipsa possit memorare & intelligere & amare.

4. b. *Perdurabilis Domine in omnitempore , perfecte & abundans omnibus bonis !* Sensualiter sentimus & intellectualiter intelligimus , quòd nostra anima habeat potestatem memorandi & intelligendi corpus hominis esse clementatum compositum ex quatuor elementis , & propterea ipsa memorat & intelligit illam rem , quæ est corpus ; sed quando vult memorare & intelligere illam rem , quæ ipsa est in se ipsa , tunc memorat & intelligit memoriam non ei sufficere ad hoc memorandum nec intellectum ad hoc intelligendum. 5. Un-

6. B. Raym. Lulli Lib. Contempl. Vol. III.

5. Unde benedictus sis , Domine DE-
US ; quia , licet anima memoret & in-
telligat id , quod est corpus , & non
possit memorare nec intelligere id , quod
ipsa est in se ipsa , tamen ex hoc non
sequitur , quod non amet se ipsam plus
quam corpus : igitur , cum hoc ita sit ,
per hoc significatur & demonstratur
humano intellectui multo plus valere
id , quod est anima , quam id , quod
est corpus , quoniam voluntas amat plus
id , quod est anima , licet memoria hoc
non possit memorare nec intellectus in-
telligere , quam id , quod est corpus ,
quod memoria memorat & intellectus
intelligit quid sit in se ipso.

6. Sensualiter sentimus & intellec-
tualiter intelligimus , quod homo ha-
beat valde magnum amorem erga mul-
tas res sensualiter & intellectualiter: igi-
tur , cum tua gloria Essentia , Do-
mine , sit melior sine omni compara-
tione quam omnes creaturæ , & homo
eo plus amet res nobiles , quo nobilio-
res eas cognoscit , & Tu multo meli-

Lib. V. Dist. XXXIX. Cap. CCLXIX. 7.
us sinè omni comparatione cognoscas
Te ipsum , quām nos cognoscamus ul-
lam rem , quis est qui posset aestima-
re & imaginari magnum & excellen-
tem amorem , quem Tu habes erga Te
ipsum ratione tuæ magnæ Bonitatis &
ratione magnæ cognitionis , quam habes
de Te ipso ?

7. c. *O Domine DEUS , qui es amor &*
spes tui servi ! Intellectualiter intelligit
anima tui servi , quòd sua memoria me-
moret & suus intellectus intelligat Te
esse unum DEUM æternum & infinitū
supremum in omnibus bonis & nobi-
lem super omnes nobilitates ; & , in
quantum sua memoria potest memora-
re & suus intellectus intelligere tuam
magnam Bonitatem & tuam excellen-
tem Perfectionem , in tantum sua vo-
luntas potest formari & magnificari à
memoria & intellectu in volendo &
amando tuam magnam Bonitatem & No-
bilitatem & Honorationem .

8. Igitur , cùm nostra memoria &
intellectus & voluntas , *Domine* , in me-
moran-

8 B. Raym. Lulli Lib. Contempl. Vol. III.
morando & intelligendo & volendo tu-
am Bonitatem sint minores in compa-
ratione cognitionis , quam Tu habes de
ipsa, quām unum pūctum in compara-
tione totius quantitatis mundi , quæ-
nam memoria potest memorare & qui-
nam intellectus potest intelligere mag-
num amorem , quem Tu habes erga
Te ipsum ?

9. Unde benedictus sis , *Domine* ,
DEUS ; quia , sicut est valde conveni-
ens & rationabile , quòd Tu ames Te
ipsum ita magno amore , sicut est mag-
na cognitio , quam habet tua infinita Sa-
pientia de tua Bonitate , ita est valde
conveniens & rationabile , quòd nos-
tra memoria & noster intellectus , qui sunt
res parvæ & miserae & terminatæ , non
possint comprehendere totum amorem ,
quem Tu habes erga Te ipsum.

10. d. O *Domine DEUS* , qui *omnia*
concludis & comprehendis intrà tuam
magnam Magnitudinem ! In quantum
nostra anima est magna in memorando
& intelligendo & volendo tuam Infi-
nitatem

Lib. V. Dist. XXXIX. Cap. CCLXIX. 9
nitatem & Æternitatem & Vitam, in-
tantum eas memorat & intelligit &
vult.

11. Igitur, cùm in tua gloriosa
Substantia, *Domine*, sit multò major
Infinitas & Æternitas & Vita, quàm nos-
tra anima possit memorare & intelli-
gere & velle, per hoc significatur noi-
træ memoriæ & intellectui, quòd nos-
tra voluntas sit valde parva in aman-
do tuam Substantiam, quoniam me-
moria parum memorat & intellectus pa-
rum intelligit magnitudinem, quam ip-
sa habet in sua Infinitate & Æterni-
tate & Vita.

12. Igitur, cùm hoc ita sit, *Do-
mine*, per parvam quantitatem, in qua
mea anima memorat & intelligit & a-
mat tuam excellentem Substantiam in
sua Infinitate & Æternitate & Vita,
memorat & intelligit & affirmat esse
valde magnum & mirabilem amorem,
quem Tu habes erga tuam gloriosam
Essentiam, cùm tua Bonitas & tua Sci-
entia sint æquè magnæ, sicut tua Sub-
tantia

io B. Raym. Lulli Lib. Contempl. Vol. III.
tantia est magna in sua Infinitate & Æ-
ternitate & Vita: igitur, cùm hoc ita sit,
Domine, tuum magnum Amorem ado-
ro & laudo & contemplor & ei com-
mendo & do meum amorem ad aman-
dum & honorandum & laudandum su-
um gloriosum DEUM & ad ei servi-
endum.

13. c. *Liberalis Domine*, qui meo cor-
di das abundantiam amoris & meis ocu-
lis sufficientiam lacrymarum & ploratu-
um! Quando anima tui servi memorat,
quàm magnum bonum sit ei sua me-
moria, & quando intelligit, quàm mag-
num bonum sit ei sua intelligentia,
tunc tantum amat suam memoriam &
intelligentiam, quantum memorat & in-
telligit nobilitatem & bonitatem & uti-
litudinem, quam habet per eas.

14. Et, quando anima, *Domine*, se
memorat & se intelligit & se amat isto
modo, tunc memorat & intelligit se
adeo amare se ipsam, quòd pro toto
mundo non vellet privari suâ memo-
ria nec suo intellectu nec sua volunta-

te;

Lib. V. Dist. XXXIX. Cap. CCLXIX. 11
te; quia non est ulla res, quæ ei tantum
valeret, quantum ei valent istæ tres virtu-
tes, eò quòd, si eis privaretur, non esset id
quod est, &, si unâ vel duabus privaretur,
privaretur omnibus tribus.

15. Igitur, cùm anima amet se ip-
sam adeo magno amore, quòd pro toto
mundo nec pro mille millibus, si tot
essent, daret unam suarum virtutum,
quis est, *Domine*, qui posset æstimare
magnum amorem, quo Tu amas tuam
gloriosam Trinitatem consistentem in tri-
bus Personis, quæ sunt meliores & no-
biliores sinè omni comparatione, quàm
sint omnes creaturæ, & licet essent mille
millia mundorum & essent infiniti in
quantitate inter omnes non valerent tan-
tum, quantum valet una earum? Igitur,
cùm hoc ita sit, *Domine*, omnes ex om-
nibus viribus nostræ animæ sumus obli-
gati ad amandum tuam gloriosam Tri-
nitatem, quæ adeo amatur à Te, quòd
non sit memoria nec intellectus nec ulla
res, quæ posset sufficere ad memorandum
& intelligendum magnum amorem, quem
habes erga ipsam.

16. f.

12. *B. Raym. Lulli Lib. Contempl. Vol. III.*
16. f. *O Domine DEUS, qui es perfecta Vita, à qua omnes vitæ recipiunt gratiam & benedictionem!* In æquali quantitate, in qua memoria generat intelligentiam, amat voluntas exiens à memoria & intelligentia: igitur, cùm hoc ita sit, per hanc comparationem & similitudinem intellectualis possimus elevare nostram animam ad contemplandum magnum amorem, qui est in tua sancta Trinitate.

17. Nam, sicut infinitè & æternaliter Persona Patris generat Personam Filii & hæc infinitè & æternaliter recipit generationem ab illa, ita, *Domine*, Persona sancti Spiritus infinitè & æternaliter exit à Persona Patris & à Persona Filii: igitur, cùm tua Sapientia & Scientia habeat cognitionem de ista infinitate & æternitate omnium trium Personarum, quis est, qui posset aestimare magnum amorem, quo amas istas tres Personas?

18. Unde benedictus sis, *Domine DEUS*, quia tota tua gloriosa Essentia

Lib. V. Dist. XXXIX. Cap. CCLXIX. 13
est Amor: igitur, quantum Tu es magnus in Essentia, tantum es magnus in Amore, & quam magna est quælibet tuarum Personarum in Nobilitate & Bonitate & Sapientia & Potestate & Justitia & Misericordia, tam magna est in Amore: igitur, quantus est Amor in Te, tantus es Tu, & quantus es Tu, tantus est tuus Amor: igitur, cum tot nobilitates & bonitates & excellentiae sint in tua Unitate & Trinitate, quam magnus est, Domine, tuus gloriosus Amor?

19. g. *Misericors Domine, plene pietate & misericordia!* Intellectualiter intelligimus, quod, quando memoria generat intellectum & dat voluntati processionem, * tunc memorando se ipsam & id quod facit, amet se ipsam & intellectum & voluntatem; & intellectus, quando recipit generationem à memoria & dat processionem voluntati, tunc intelligendo se ipsum & id quod recipit & id quod dat, amet se ipsum &

* *Vide August. 15. de Trin. cap. 21.*

14 B. Raym. Lulli Lib. Comtempl. Vol III.
memoriam & voluntatem ; & voluntas,
quando recipit processionem à memo-
ria & intellectu , tunc amando se ipsam
& id à quo procedit , amet memoriam
& intellectum.

20. Igitur , cum iste sit valde magnus
amor , per ipsum possumus contempla-
ri , *Domine* , supremum amorem tuarum
Personarum , qui est super omnes amo-
res ; quia , sicut ratione magnæ conjunc-
tionis & unionis, quæ est inter prædic-
tas tres virtutes, quælibet earum amat
alias, utente qualibet suâ natura & pro-
prietate , quantò plus quælibet tuarum
Personarum amat alias , cùm sua unio
sit infinita & æterna & perfecta in om-
nibus perfectionibus ?

21. Unde benedictus sis , *Domine DE-*
US ; quia adeo est magna unio tuarum
trium Personarum , quòd quidquid amat
quælibet earum, ament omnes , & amor ,
qui est in omnibus eis, non sit nisi unus
amor ; & adeo est magnus amor in-
ter eas , quòd , qui unam earum amat ,
ametur ab omnibus tribus , & qui u-
nam

Lib. V. Dist. XXXIX. Cap. CCLXIX. 15
nam carum non amat, non ametur ab
ulla ipsarum.

22. h. *O Domine DEUS, in quo latan-*
tur mee cogitationes & meæ inamoratio-
nes! Sensualiter sentimus & intellectua-
liter intelligimus, quòd nostra anima
memoret & intelligat in se ipsa potes-
tatem & sapientiam & voluntatem &
multas alias qualitates, & quòd omnes
qualitates virtuosas, quas in se ipsa me-
morat & intelligit, amet valde magno
amore, licet ipsæ sint finitæ & termi-
natæ in quantitate & virtute: igitur,
cùm nostra anima, quæ est creatura a-
met valde magno amore qualitates fini-
tas, quām magnus est amor, quo Tu
amas tuas Qualitates infinitas? nam, si-
cūt tuæ Qualitates, *Domine*, sunt in-
finitæ in magnitudine & in æternitate,
ita sunt dignæ amari amore infinito &
æterno; & sicut tuus Amor est infini-
tus in magnitudine & in æternitate,
ita dignum est, quòd quidquid ipse
amat in Te sit infinitum in magnitudi-
ne & in æternitate, &, sicut tuus Amor

cst

16 B. Raym. Lulli Lib. Contempl. Vol. III.
est magnus in infinitate & æternitate,
ita est de sua natura & de sua pro-
prietate amare rem magnam infinitam
& æternam: igitur, cùm hoc ita sit, quis
posset æstimare magnitudinem amoris,
quem Tu habes erga Te ipsum?

23. Unde inter alias rationes, prop-
ter quas nostra anima, *Domine*, est obli-
gata ad laudandum & amandum tuas
Qualitates plùs, quàm suasmet, est quia
tuæ sunt infinitæ & æternæ & amantur
aïnore infinito & æterno, & suæ sunt
finitæ & terminatæ in quantitate &
in tempore, ratione cuius non sunt
dignæ tantum amari & laudari quan-
tum tuæ.

24. Igitur, cùm hoc ita sit, beati
sunt, *Domine*, omnes qui amant &
laudant & honorant tuam Potestatem
& Sapientiam & Voluntatem & alias
tuas Qualitates plùs, quàm suasmet, &
maledicti sunt, qui frequenter laudant
& amant suam potestatem & voluntatem
& sapientiam & alias suas qualitates
quàm tuas: igitur, cùm hoc ita sit,
tuus

Lib. V. Dist. XXXIX. Cap. CCLXIX. 17
tuus servus in præsentia tui glorioſi Altaris dat Tibi suam memoriam & intellectum & voluntatem ad amandum & laudandum & honorandum tuas glorioſas Qualitates plūs, quām omnes alias, & ad serviendum eis plūs, quām omnibus aliis.

25. i. *Cælestis Domine, qui es fons meorum ploratum & amor mei amoris!* Quando anima tui servi vult videre Te intellectualiter memorando & intelligendo & amando, tunc recipit gratiam & benedictionem à Te, secundūm quod habet imaginam suam memoriam in memorando & suum intellectum in intelligendo & suam voluntatem in amando Te.

26. Igitur, cùm mea anima, *Domine*, crescat in nobilitate & in virtute & in gloria, secundūm quod crescunt sua memoria & suus intellectus & sua voluntas in memorando & intelligendo & volendo Te, per istud incrementum percipit meus intellectus magnitudinem amoris, quem Tu habes erga Te ipsum;

B

quia,

18 B. Raym. Lulli Lib. Contempl. Vol. III.
quia , si mea anima haberet infinitam
& æternam memoriam & infinitum &
æternum intellectum , haberet infinitum
& æternum amorem ; & , quia sua memo-
ria & suus intellectus sunt res creatæ
& finitæ , non potest habere amorem
infinitum in magnitudine nec in æter-
nitate , licet ipsa sit durabilis & non
privabilis suo *esse* , quod recepit per crea-
tionem.

27. Unde benedictus sit, *Domine DE-*
US , tuus gloriosus Amor , quia est adeo
excellens & nobilis & altus & mirabi-
lis , quòd nullus homo sit dignus con-
templari in eo, nisi sit totus inamora-
tus & accensus & ardens & inflamma-
tus amore ipsius : igitur , cùm hoc ita
sit , tuus servus implet & complet to-
tam suam memoriam & totum suum
intellectum & totam suam voluntatem
magno Amore, qui est in Te , ut suus
amor vivat in contemplatione tui glorio-
si gratiosi & virtuosi Amoris.

28. k. *Demonstrator Domine miraculo-*
rum & mirabilium tuis populis ! Si in
ho-

Lib. V. Dist. XXXIX. Cap. CCLXIX. 19
hominē, qui est creatura misera & fragilis in comparatione sui Creatoris, est adeo nobilis & adeo virtuosa res amor, quantò plūs in Te est amor res magna & nobilis? & si in homine sunt adeo magna res justitiae & misericordia & bonitas, quas habet in se ipso, quantò plus tua Sapientia scit esse magnam & nobilem rem tuam Bonitatem & Justitiam & Misericordiam?

29. Igitur, cùm hoc ita sciatur à tua Sapientia, *Domine*, quænam memoria & quinam intellectus possent sufficere ad memorandum & intelligendum magnum amorem, quem Tu habes erga Te ipsum? & quænam voluntas hominis posset velle & amare & contemplari quām magnus sit tuus Amor? unde benedictus sit, *Domine*, tuus magnus Amor; quia, in quantum Tu es major nostrā memoria & intellectu & voluntate, in tantum est major amor, quem habes erga Te ipsum, quām sit amor, quem nostra anima potest memorare & intelligere & velle.

30. Unde gloria & reverentia & honor fiat, *Domine*, omni tempore tuo magno amori, quia est adeo magnus, & altus & nobilis & excellens, quod omnes nostræ sensualitates & intellectualites sint in magna obligatione amandi & laudandi & honorandi ipsum & serviendi ei ex omnibus nostris viribus sensualibus & intellectualibus, quæ vires sensuales non possunt sufficere ad pronunciandum nec ad scriendum, nec intellectuales ad memorandum nec intelligendum nec amandum totalitatem amoris, quem tua Essentia habet erga se ipsam amando suum
Esse divinum.

Quomodo natura divina & natura humana ament se invicem in nostro Domino IESU Christo.

1. a. **J**ESU Christe, qui es Principium omnium principiorum, cui datur omnis gloria & omnis laus! Qui vult frui excellenti amore, qui est inter tuam sanctam Deitatem & tuam gloriosam Humanitatem, oportet, *Domine*, quod corde valde ferventer inamorato tractet de ipso in significationibus tuarum divinarum & humanarum Qualitatum, quarum tres accipiemus ex parte tuæ Deitatis, scilicet Potestatem & Sapientiam & Voluntatem, & alias tres ex parte tuae Humanitatis, scilicet memoriam & intellectum & voluntatem.

2. Unde, quia hæc inquisitio tui amoris, *Domine*, oportet fieri isto modo, propterea convenit, quod amorem, quem tua Deitas habet erga tuam Humanitatem inquiramus in *tribus* rebus, sci-

22 R. Raym. Lulli Lib. Contempl. Vol. III.
scilicet in tua Unitate & in tua Trinitate & in tuis Qualitatibus , & amorem , quem tua Humanitas habet erga tuam Deitatem inquiramus in aliis tribus rebus, scilicet in anima & in corpore & in qualitatibus tuæ humanæ Naturæ.

3. Et , ut nostra anima, *Domine*, possit habere magnam cognitionem de magno amore , qui est inter tuam Deitatem & tuam Humanitatem , oportet , quòd ex omnibus viribus suæ memoriæ & sui intellectus & suæ voluntatis conetur, quantum possit memorando & intelligendo & amando, contemplari magnum amorem , quem tua Deitas habet erga tuam Humanitatem & tua Humanitas erga tuam Deitatem ; sed , sicut de necessitate oportet nos affirmare & intellectualiter intelligere multò majorem esse mundum in sua totalitate, quàm sentiantur partes mundi à nostris sensualitatibus , ita de necessitate oportet, quòd nostra anima affirmet multò majorem esse sinè omni comparatione amorem ,
qui

Lib. V. Dist. XXXIX. Cap. CCLXX. 23
qui est inter tuam Deitatem & tuam Hu-
manitatem , quām ipsa possit memorare
& intelligere & amare.

4. b. *O sancta Paternitas ! O gloriafa Fi-
liatio ! O virtuosa Processio ! Intellectua-
liter intelligimus, Domine, quod tua di-
vina Natura amet omne id , quod scit
tua Sapientia in tua Humanitate : igi-
tur , cūm tua Sapientia sciat sanctam Per-
sonam Filii esse incarnatam ut conjun-
geret Naturam divinam cum humana ,
& sciat tuam Humanitatem esse multo
meliorē & nobiliorem , quām omnes
aliæ creaturæ, per hoc significatur , quod
tua gloriafa Natura humana sit valde ama-
ta à tua gloriafa Natura divina.*

5. Unde benedictus sis , *Domine DE-
US ; quia , secundum quod nostra ani-
ma memorat & intelligit & amat tuam
Potestate & Sapientiam & Volunta-
tem , & Bonitatem & Nobilitatem tuæ
Humanitatis , secundum illam quantita-
tem contemplando fruitur magno a-
more , quem ambæ naturæ habent ad in-
vicem .*

6. Sed

6. Sed , quia in memoria & intellectu & voluntate nostræ animæ , *Dominus* , non potest capi tota magnitudo tuæ Potestatis & Sapientiæ & Voluntatatis , nec tota Nobilitas & Bonitas tuæ sanctæ Humanitatis , propterea nostra anima non potest sufficere ad habendum adeo magnam cognitionem de amore , qui est inter ambas naturas , sicut est ipse amor .

7. c. *Singularis Domine sinè pari & socio !* Intellectualiter intelligimus tuam gloriosam Animam memorare & intelligere tuam Deitatem plus , quam eam intelligent omnes res creatæ & factæ , & voluntatem ipsius amare eam secundum totam virtutem , quam memoria habet in memorando & intellectus in intelligendo ipsam : igitur , cum hoc ita sit , per hoc significatur , quod tua sancta Deitas sit valde amata à tua humana Natura gloria .

8. *Gloriose DEUS !* In quantum tua anima habet majorem potestatem memorandi & intelligendi & amandi tuam

Deita-

Deitatem, quām mea anima, in tantum tua humana Natura plūs amat eam, quām mea anima possit memorare & intellīgere & amare amorem, quem ipsa habet erga illam: igitur, cūm hoc ita sit, quis posset aestimare, *Domine*, quantō major sit amor, quem tua Humanitas habet erga tuam Deitatem, quām mea anima possit ipsum memorare & intellīgere & amare?

9. *Pie Domine!* Intellectualiter intellegimus id, quod anima hominis memorat & intelligit & vult in creaturis non esse tantum, quantum id, quod obliviscitur & ignorat & non amat in eis: igitur, cūm hoc ita sit, & tua Deitas amet tuam Humanitatem, quæ omnes creatureas memorat & intelligit & vult quidquid ipsæ faciunt pro Te, & tua Humanitas amet tuam Deitatem in omni, quod scit & intelligit & vult, quis est, qui posset memorare & cognoscere magnum amorem, qui est inter ambas naturas per perfectam Voluntatem virtuosam earum?

10. d.

26 *B. Raym. Lulli Lib. Contempl. Vol. III.*
10. d. *Liberalis Domine large super omnes largitates, Dator omnium bonorum!* Intellectualiter intelligimus tuum gloriosum Corpus non esse culpabile nec injuriosum nec peccator in ulla re, immo esse innocens & patiens, virtuosum, nobilius, perfectius & gloriosius, quam sint omnes creaturæ corporales.

11. *Gloriose DEUS!* In quantum mea anima vult memorare & intelligere & amare tuum Corpus gloriosum potens, & in quantum ipsa vult contemplando memorare & intelligere & amare tuam perfectam Potestatem & Sapientiam & Voluntatem, in tantum, *Domine*, recipit significaciones, quas tua Deitas & Humanitas dant de amore, quem habent erga se invicem.

12. *Cælestis Domine!* Quia mea anima non potest sufficere ad memorandum & intelligendum & amandum totam nobilitatem tui pretiosi Corporis, nec ad memorandum & intelligendum omnes poenas & graves dolores, quos sustinuit pro nobis peccatoribus, nec suffi-

Lib. V. Dist. XXXIX. Cap. CCLXX. 27
sufficiat ad percipiendum totam perfec-
tionem, quæ est in tua Potestate & Sa-
pientia & Voluntate, propterea nullas
tenus potest sufficere ad percipiendum
magnam magnitudinem amoris, quem
tua gloriosa Deitas habet erga tuum glo-
riosum Corpus.

13. e. *Rex Regum & Domine Dominorum!* Sensualiter sentimus & intellectua-
liter intelligimus nostram animam non
posse sufficere ad attingendum & sci-
endum quot sint palmi à terra usque
ad cœlum, nec quantum homo pecca-
tor sit remotus ab amore sui Creatoris
nec quantum homo justus sit propinquus
gratiæ sui DEI: igitur, cùm nostra a-
nima non possit sufficere sensualiter nec
intellectualiter ad istas res prædictas,
quantò minùs potest sufficere ad haben-
dum cognitionem de tota magnitudine
amoris & conjunctionis, quæ est inter
tuam divinam Naturam & tuam huma-
nam Naturam?

14. Igitur, cùm hoc ita sit, licet
tota mea anima, *Domine*, habeat val-
de

28 B. Raym. *Lulli Lib. Contempl. Vol. III.*
de magnam voluntatem percipiendi &
cognoscendi magnum amorem , quem
tua divina Natura habet erga tuum Sanc-
tum Corpus pretiosum , tamen non po-
test tantum frui isto amore, quanta est
magnitudo ipsius , & hoc est, quia tua
Potestas potest plus, quam mea , & tua
Sapientia scit plus , quam mea , & tua
Voluntas amat plus , quam mea.

15. Unde benedictus sis , *Domine DEUS* ; Quia , si tota conjunctio &
propinquitas, quæ est inter omnes crea-
turæ esset inter duas tantum , & tota
remotio & contrarietas, quæ est inter om-
nes creaturas, esset in duabus substantiis
tantum , adhuc non esset adeo magna,
sicut est sancta conjunctio & propin-
quitas , quæ est inter tuam Deitatem &
tuam Humanitatem: igitur, cum hoc ita
sit, quis est, qui posset arbitrari & cogita-
re magnum amorem , quem tua Deitas
habet erga tuum Corpus?

16. f. *Spiritualis Domine, plene gratia & amore!* Non adeo mea anima cona-
tur memorare & intelligere & velle no-
biles

Lib. V. Dist. XXXIX. Cap. CCLXX. 29
biles qualitates Angelorum & aliarum
creaturarum , quòd possit memorare &
intelligere , quòd inter omnes sit tan-
ta perfectio & tantus valor , quantus est
in sola una qualitatum tuæ benedictæ
Humanitatis.

17. Igitur , quando mea anima , *Dø-*
mine , contemplatur & cognoscit mul-
tò majorem nobilitatem habere quam
libet qualitatum tuæ Humanitatis , quàm
omnes qualitates omnium aliarum crea-
turarum , tunc significatur ei magnus
amor , quem tua justa Deitas habet
erga tuam Humanitatem , quæ est mul-
tò dignior amari , quàm omnes aliæ
creatüræ.

18. Unde benedictus sis , *Domine DE-*
US JESU Christe ; quia sicut Anima &
Corpus & qualitates tuæ sanctæ huma-
næ Naturæ valent & habent excellen-
tiam & gloriam super omnia creata , ita
est valde dignum , quòd tua humana
natura plùs ametur , quàm omnes aliæ
creatüræ : igitur , cùm creatüræ sint tot
& adeo nobiles , quis posset memorare
&

30. *B. Raym. Lulli Lib. Contempl. Vol. III.*
& intelligere magnum amorem , quo
tua humana Natura est amata à tua di-
vina Natura ?

19. g. *Domine æterne , gratiose & pla-*
cens omnibus creaturis ! Quando mea ani-
ma fruitur in sua memoria & intel-
lectu & voluntate tua excelenti Unita-
te divina gloriosa & infinita , quæ est
melior & nobilior & melius una , quām
ulla alia unitas , tunc significatur ei , quòd
tua sancta Humanitas amet tuam Deita-
tem valde magno amore gloriofo amo-
roso & mirabili .

20. Nam , quia gloriosa Anima tuæ
sanctæ Humanitatis , *Domine , perfectè*
memorat valde magna memoratione tu-
am Unitatem & memorat cām sinè ulla
oblivione , & perfectè intelligit ipsam sinè
ulla ignorantia , propterea habet adeo
magnam & perfectam voluntatem in
amando ipsam , quòd non sit ulla res
creata , quæ posset sufficere ad sciendum
& attingendum totam magnitudinem
amoris , quem ipsa habet erga tuam Ef-
fentiam divinam .

21. Si anima tui servi, *Domine*, amat tuam divinam Substantiam plus, quam omnes res creatas, licet non sciat quid illa sit in se ipsa, quam magnus est amor, quem tua humana Natura habet erga tuam divinam Substantiam, cum sciat quid tua divina Substantia gloriosa sit in se ipsa?

22. h. *Juste Domine super omnes res, nobilis super omnes nobilitates!* Intellectu
aliter intelligimus multos fideles Christianos adeo amare per fidem tuam sanctam Trinitatem, quod prius sinerent omnia sua membra abscindi & dividi & comburi, quam abnegarent ipsam: igitur, cum tua benedicta Humanitas habeat cognitionem & scientiam de tua sancta Paternitate & Filiatione & Pro-
cessione & in ea sit incarnata Persona Filii, quis est qui possit aestimare magnum amorem, quem ipsa habet erga tuam sanctam Trinitatem pretiosam.

23. *Gloriose DEUS!* Quando perpen-
do & considero magnam cognitionem,
quam tua Humanitas habet de magna
nobili-

32 B. Raym. Lulli Lib. Contempl. Vol. III.
nobilitate & bonitate , quæ est in tua
Trinitate , & considero , *Domine* , mag-
nami conjunctionem & unionem , in qua
ipsa est cum tua Deitate infinita , tunc ,
quò plùs perpendo & considero , cò plùs
significatur meæ animæ suus defectus
& sua miseria in hoc , quòd non pos-
sit attingere nec contemplari totum
amorem , quem tua Humanitas habet
erga tuam Trinitatem , per magnam
significationem , quam dat de se ipso iste
magnus amor .

24. Quando memoro , *Domine* , mag-
num amorem , quem tua Humanitas
habet erga tuam Deitatem , tunc sig-
nificatur intellectui meæ animæ , quòd ,
si omnes Angeli & omnes animalia & om-
nes stellæ & omnia vegetabilia &
animalia & metalla & omnes atomi & om-
nes partes , quæ fiunt ex materia corpo-
rali , amarent & considerarent & cogita-
rent , inter omnia non possent tantum
amare nec tantum cogitare & percipere
quantus est amor , quem tua sancta Hu-
manitas habet erga tuam sanctam Trini-
tatem gratiosam .

25. i. *Sapiens Domine super omnem sapientiam, potens super omnem potestatem!* Intellectualiter intelligimus, quod tua gloriosa Anima memoret & intelligat & amet Infinitatem & Aeternitatem & Potestatem & Sapientiam & Voluntatem & alias Qualitates tuæ divinæ Naturæ; & in quantum tua Deitas nobilitavit tuam Animam super omnes creaturas, in tantum nobilitavit ejus memoriam in memorando & intellectum in intelligendo & voluntatem in amando tuas divinas Qualitates.

26. Unde benedicta sit, *Domine*, tua sancta Humanitas, quæ adeo amat Qualitates divinæ Essentiæ gloriose; quia, sicut tua Anima est major in quantitate Virtutis, quam sint omnes creaturæ in quantitate numeri & naturæ corporalis & intellectualis, ita est multò major, sinè omni comparatione, memoria & intelligentia & voluntas, quam ipsa habet in amando tuas Qualitates, quam sint omnes res creatæ & omnes res, quæ sunt factæ à creaturis.

C

27. Nam,

27. Nam , sicut virtus tuæ Humanitatis, *Domine* , est major & melior, quàm sint omnes creaturæ, ita oportet , quòd ipsa sit major in amando Qualitates tuæ divinæ Essentiæ ; quia , si talis non es-
set , significaretur , quòd in aliqua re
essent creaturæ majoris quantitatis, quàm
Virtus tuæ excellentis humanæ Na-
turæ.

28. k. *O Domine , à quo nihil est abs-
conditum !* Intellectualiter intelligimus tu-
am Animam scire & cognoscere , quòd Tu eam creaveris de nihilo , & quòd
à Te habeat nobilitatem & virtutem,
quam habet in se , & quòd Tu sis
Creator & Benefactor omnium creatu-
rarum , & ipsam scire & cognoscere,
quod à Te sit omne bonum & à Te
non veniat ullum malum nec ullus de-
fectus , & quòd totus mundus amet &
honoret & laudet Te & sit obligatus ad
serviendum & obediendum Tibi.

29. Igitur , cùm tua Anima , *Do-
mine* , perfectè memoret & intelligat
omnes prædictas res , significatur , quòd
sua

Lib. V. Dist. XXXIX. Cap. CCLXX. 35
sua voluntas tantum amet tuam Deitatem , quantum memoria memorat & intellectus intelligit ipsam ; & , si ita non esset , significaretur , quod voluntas ipsius non esset in quantitate æqualis memoriæ & intellectui , quod est impossibile.

30. Unde benedictæ sint , *Domine DEUS* , tua divina & tua humana Natura ; quia , qui vult intelligere & considerare mirabilitatem super omnes mirabiliates & magnitudinem super omnes magnitudes , impleat suam memoriam & suum intellectum & suam voluntatem magno amore mirabili gloriose & virtuoso , qui est inter tuam beatam Humanitatem & tuam gratiosam Deitatem .

CAPUT CCLXXI.

Quomodo humana Natura nostri Domini JESU Christi amet se ipsam.

i. a. **O** *DEUS sancte Sanctorum , Gloriam omnium gloriarum ! Quia tua*
sanc-

36 B. Raym. Lulli Lib. Contempl. Vol. III.
sancta Humanitas , *Domine* , est compo-
sita ex tribus rebus , scilicet ex anima &
corpore & coniunctione animæ & cor-
poris , oportet humanum intellectum
considerare ipsam esse sex res scilicet for-
mam & materiam & compositionem sen-
suales & formam & materiam & compo-
sitionem intellectuales.

2. Intellectualiter intelligimus , *Do-
mine* , tuam gloriosam Humanitatem
esse tuam Substantiam & propterea con-
stituere unum numerum , & quia huma-
na substantia dividitur in tres res, scili-
cet in animam & corpus & spiritum, qui
exit de ambobus , propterea oportet in-
telligere tres res , & istas tres res esse
in humana substantia & ipsam esse in
eis , & istam substantiam & suas tres res
habere sex res scilicet materiam & for-
mam & compositionem sensuales & ma-
teriam & formam & compositionem in-
tellectuales : unde istæ sex res sunt in
una & in tribus & una & tres sunt in
istis sex.

3. Sed, licet numerus sensualiter fi-

gu-

Lib. V. Dist. XXXIX. Cap. CCLXXI. 37
guretur in decem rebus, *Domine*, tam
en non transit ad decem res, sed so-
lum ad novem; & hoc est, quia una est
in tribus & in sex, & tres sunt in una
& in sex, & sex sunt in una & in tri-
bus; &, quia intellectus verius com-
putat, quam verbum, propterea recipi-
mus numerum, quem intellectus intel-
ligit & evitamus numerum sensualem
verbi; sed, quia verbum numerat us-
que ad decem, ideo decem modis in-
quiremus amorem, quem Tu habes er-
ga Te ipsum, & hanc inquisitionem
faciemus cum tribus rebus, scilicet cum
memoria & intellectu & voluntate.

4. b. *Juste Domine in omnibus rebus,
vere in omnibus veritatibus!* Primus mo-
dus est, quomodo Tu ames Unitatem
tuæ humanæ Substantiæ gloriose: unde
intellectualiter intelligimus, quod Tu
scias tuam humanam Substantiam esse u-
nitam cum Deitate, & quod manifestè
videas & cognoscas tuam Unitatem valere
plùs, quam omnes creaturas.

5. Igitur, in quantum tua cognitio,

Do-

38 B. Raym. Lulli Lib. Comtempl. Vol III.
Domine, est magna in cognoscendo nobilitatem tuæ Unitatis, in tantum est magna memoria, quam tua anima habet in memorando magnitudinem nobilitatis ipsius tuæ Unitatis: igitur, cùm hoc ita sit, voluntas tuæ Aninæ debet tantum amare Unitatem tuæ Humanitatis, quantum memoria eam memorat & intellectus eam intelligit: igitur, cùm tua humana Unitas à Te melius memoretur & intelligatur & ametur, quàm nos possimus memorare & intelligere & amare, propterea oportet nos affirmare tuam Humanitatem, amare multò plùs, sinè omni comparatione, se ipsam, quàm nos possimus cù frui memorando & intelligendo & volendo.

6. *Gloriose DEUS!* Quando memo-ro, quàm multæ sint substantiæ & accidentia quæ sunt in creaturis ratione individuorum, quæ sunt multa, & considero, *Domine*, quod omnes substantiæ creatæ & omnia accidentia non valeant tantum, quantum sola tua substantia humana, tunc invenio comprehensam &

& finitam meam memoriam & meum intellectum in hoc, quod mea anima non possit memorare nec intelligere totam magnitudinem amoris, quem tua Substantia humana habet erga se ipsam.

7. c. *Domine, cui nihil potest latere!*
Secundus modus est, quomodo tua Anima amet se ipsam: unde dicimus, quod tua Anima sit Substantia intellectualis simplex in comparatione substantiae corporalis; &, quia ipsa scit & potest memorare & intelligere & amare se ipsum in sua totalitate, & scit se esse meliorem in sua memoria & intellectu & voluntate, quam omnes creaturas, significatur nostro intellectui magnus amor, quem habet erga se ipsam.

8. Igitur, cum hoc ita sit, *Domine*, per hoc significatur nostro intellectui, quod amor tue Animæ sit adeo magnus, sicut est sua memoria & sua intelligentia, quæ sunt adeo magnæ, quod voluntati non sit necessarium, quod sit major ipsis; quia, si talis esset, sua me-

40 B. Raym. Lulli Lib. Contempl. Vol. III.
memoria & intelligentia essent in defec-
tu, & hoc est impossibile, sicut est pos-
sibile nostræ voluntati, quod sit major,
quam memoria & intelligentia per de-
fectum earum.

9. Tua Anima, *Domine*, memorat
& intelligit potestatem & sapientiam &
dilectionem & justitiam & misericordi-
am & gloriam & honorationem, quas
ipsa habet in se, esse maiores & melio-
res, quam sint omnes virtutes & no-
bilitates & honorationes, quae sunt in
aliis creaturis: igitur sua voluntas adeo
amat esse ipsius, quod non sit cor potens
cogitare nec lingua dicere nec aures audi-
re quantum illud amet.

10. d. *Domine vere DEUS, qui creas*
aliquid ex nihilo & es potens super om-
nnes potestates! *Tertius modus amoris est,*
quomodo tua sancta Anima amet tuum
sanctum Corpus gloriosum: unde intel-
lectualiter intelligimus, quod, sicut tua
gloriosa Anima habet magnam virtutem
in memorando & intelligendo tuum Cor-
pus, ita habeat magnam virtutem in a-
man-

Lib. V. Dist. XXXIX. Cap. CCLXXI. 41
mando illud : igitur , quia tua Anima
memorat & intelligit sanctam Personam
Filii esse incarnatam in tuo Corpore , &
tuum Corpus moriendo recreasse totum
mundum , & sanctam Divinitatem rece-
pisse plus honorationis ab ipso , quod
fuit mortuum ad honorandum eam , quām
ab omnibus aliis creaturis , per hoc tua
Anima memorat & intelligit tuum Cor-
pus , in adeo magna bonitate & adeo
amat illud , quod nulla creatura possit
hoc æstimare & percipere.

II. Unde benedicta sit , *Domine DE-*
US , tua sancta Anima virtuosa ; quia ,
sicut sua memoria est majoris virtutis
in memorando & suus intellectus in in-
telligendo , quām sint omnes creaturæ ,
ita est majoris virtutis in amando tu-
um Corpus , quām sit omnis quantitas
in numero & in magnitudine , quæ est
in aliis creaturis : igitur , sicut sancta
puritas & sanctitas & innocentia & glo-
ria & benedictio tui Corporis est ma-
jor & melior , quām sit omne bonum &
omnis magnitudo omnium aliarum crea-
tu-

42 B. Raym. Lulli Lib. Contempl. Vol. III.
turarum , ita tuum sanctum Corpus glo-
riosum est dignum amari super omnes
sanctas creaturas.

12. Igitur , si tuum Corpus , Domi-
ne , non tantum amaretur à tua Ani-
ma , quantum ipsa potest illud amare &
quantum ipsum est dignum amari ra-
tione suæ magnæ pulchritudinis & splen-
doris & sanctitatis & gloriæ , tua Ani-
ma & tuum Corpus essent in defectu ,
& hoc est impossibile , quia in Te non
potest esse ullus defectus nec intellectuali-
ter nec sensualiter.

13. c. Gloriose Domine super omnes glo-
rias , alte super omnes altitudines ! Quar-
tus modus amoris est , quomodo tua A-
nima amet conjunctionem , quæ est inter
ipsam & Corpus , ut ambæ substantiæ
sint una humana substantia : unde dici-
mus , quòd intellectualiter intelligamus
tuam sanctam Animam memorare & in-
telligere conjunctionem , quæ est inter
eam & Corpus , esse fortiorē & inti-
miorem & firmiorem & puriorēm om-
nibus aliis conjunctionibus creatis ; quia ,

si

Lib. V. Dist. XXXIX. Cap. CCLXXI. 43
si omnes concordantiæ & convenientiæ
& conjunctiones, quæ sunt in omnibus
creaturis essent inter duas substantias,
non constituerent unam adeo magnam
& nobilem, sicut est conjunctio, quæ
est inter tuam Anima & tuum Cor-
pus.

14. Unde, cùm tua Anima, *Domi-*
ne, memoret & intelligat excellentem
& mirabilem conjunctionem, quæ est in-
ter sc & suum Corpus, per hoc signi-
fatur humano intellectui, quòd amor,
quem tua Anima habet erga illam con-
junctionem, sit valde magnus & valde
mirabilis, & per hanc magnitudinem &
mirabilitatem significatur nostræ memo-
riæ, quòd non habeat potestatem me-
morandi, & nostro intellectui, quòd
non habeat potestatem intelligendi mag-
num amorem, quem tua Anima habet
memorando & intelligendo & amando
conjunctionem, quæ est inter ipsam &
Corpus.

15. Unde, sicut significatur nostro
intellectui, quòd tua Anima, *Domine,*
amet

44 R. Raym. Lulli Lib. Contempl. Vol. III.
amet conjunctionem , quam habet cum
Corpore plūs, quām sit omnis alius amor,
qui est in creaturis , ita significatur ipsi,
quòd disjunctio tuæ Animæ à Corpo-
re in die , qua tuum Corpus fuit cru-
cifixum & mortuum fuerit tuæ Animæ
major pœna intellectualis, quām sit om-
nis pœna intellectualis & sensualis, quæ
est in omnibus aliis creaturis, & pœna,
quam sustinuit tuum Corpus fuerit ma-
jor pœna sensualis, quām sit omnis alia
pœna aliarum creaturarum , quia illa
pœna fuit adeo magna sicut est mag-
nus amor , qui est inter Corpus & Ani-
mam , quam pœnam oportebat esse
magnum , eò quòd recreabat multas
creaturas à magna culpa.

16. f. *O Domine , qui es placitum meo-
rum placitorum & amor meorum inamo-
rationum ! Quintus modus amoris est,
quomodo tua Anima amet suammet
materiam : unde intellectualiter intelli-
gimus tuam Animam memorare & in-
telligere materiam suæ memoriæ & sui
intellectus & suæ voluntatis esse nobi-
lio-*

Lib. V. Dist. XXXIX. Cap. CCLXXI. 45
liorem & meliorem omnibus aliis crea-
turis.

17. Quando tua Anima, *Domine*,
memorat & intelligit se nullam rem o-
blivisci nec ignorare, & memorat & in-
telligit nullam animam nec omnes alias
creaturas memorare & intelligere & a-
mare tantum, quantum ipsa, & memorat
& intelligit se esse unitam cum Divina
Natura, tunc, quantum ipsa hoc memo-
rat & intelligit, tantum amat materiam,
secundum quam est magna sua memoria
in memorando & suus intellectus in in-
telligendo.

18. Unde benedicta sit tua gloriofa
Anima, *Domine DEUS JESU Christe*;
quia, si Anima tui servi tantum amat
materiam sui corporis, quæ est corrup-
ta per peccatum & per corruptionem
formæ, quantò plùs tua Anima amat
suammet materiam? &, si mea anima
amat suammet materiam plùs, quam
materiam corporis, licet non memoret
nec intelligat illam in se ipsa, sicut me-
morat & intelligit istam, quis est, qui
pos-

46 B. Raym. Lulli Lib. Contempl. Vol. III.
posset aestimare amorem, quem tua Anima habet erga suammet materiam, cuius nullam oblivionem nec ignorantiam habet?

19. g. *Firme Domine super omnes firmates!* *Sextus* modus amoris est, quomodo tua Anima amet suammet formam: unde intellectualiter intelligimus tuam gratiosam Animam memorare & intelligere suam formam esse nobiliorem & pulchriorem & meliorem & honoratiorem formam, quæ sit, & omnes alias formas creatas non habere inter omnes tantam virtutem, quantum habet ipsa.

20. *JESU Christe Domine!* In quantum est pulchra magnitudo & honoratio & alta excellens bonitas formæ tuæ Animæ, in tantum ipsa eam memorat & intelligit, & in quantum tua Anima eam memorat & intellegit, in tantum eam amat: igitur, cùm hoc ita sit, quis est, qui posset aestimare magnum amorem, quo tua Anima amat suammet formam? igitur, cùm forma tuæ

Ani-

Animæ, *Domine*, sit adeo amata à tua
Anima & sit adeo pulchra & nobilis &
bona, quando erit dies, in qua anima
tui servi videbit formam tuæ gloriosæ
Animæ?

21. Adeo alta & excellens & nobili-
lis & pulchra & gloriosa est, *Domine*,
forma tuæ Animæ & adeo est amata
& honorata, quod, sicut pulchritudo
& bonitas formæ tui Corporis erit oc-
casio glorificationis omnium sensuali-
tatum hominum justorum, quando sen-
sualitates corum erunt in gloria, ita
forma tuæ Animæ per suam magnam
virtutem & nobilitatem & pulchritu-
dinem est omnibus animabus Sancto-
rum paradisi & omnibus Angelis occa-
sio, ut videndo eam, habeant ab ipsa
gloriâ & benedictionem, per quam
habeant exaltationem & gratiam ad
memorandum & intelligendum & aman-
dum tuam excellentem Naturam divi-
næ.

22. h. *Domine une in Trinitate, per-*
fecte in omnibus tuis Qualitatibus! Sep-
ti-

48 B. Raym. Lulli Lib. Contempl. Vol. III.
timus modus est, quomodo tua glorio-
sa Anima amet conjunctionem, quæ est
inter suam materiam & suam formam:
unde intellectualiter intelligimus, quòd
nostra anima memorando & intelligen-
do & amando nobilitatem tuæ Animæ
memoret & intelligat & amet tuam
Animam amare conjunctionem & natu-
ram & proprietatem, quæ est inter suam
materiam & suam formam.

23. Unde benedictus sis, *Domine DE-*
US, quia tua Anima memorat & scit
multò nobiliorem & meliorem & con-
cordantiorē & intimiorem esse con-
junctionem, quæ est inter suam materiam
& suam formam, quām sit omnis virtus,
quæ est in omnibus aliis creaturis, & in
quantum tua Anima hoc memorat &
intelligit, in tantum est magnus amor,
quem habet in amando istam excellen-
tem conjunctionem.

24. Igitur, cùm mea anima, *Domine*,
amet valde magno amore conjunctio-
nem suæ materiæ & suæ formæ, licet
non possit eam memorare nec intellige-

rc

Lib. V. Dist. XXXIX. Cap. CCLXXI. 49
re in se ipsa , quantò plūs tua Anima amat conjunctionem suæ materiæ & suæ formæ? quia , si mea anima amat valde magno amore id , quod non memorat , & quod ignorat in se ipsa, quantò plūs tua anima amat id , quod memorat & intelligit in se ipsa ?

25. i. *Virtuose Domine super omnem virtutem, nobilis super omnem honorationem!*
Octavus modus est, quomodo tua gloria Anima amet materiam tui gloriosi Corporis : unde dicimus, quòd cùm materia tui gloriosi Corporis valeat multò plūs, sinè omni comparatione, quàm omnis materia sensualis & intellectualis omnium aliarum creaturarum, & tua Anima hoc memoret & intelligat, per hoc significatur nostro intellectui esse valde magnum amorem, quem tua Anima habet erga materiam sui Corporis.

26. *Iesu Christe Domine! Nonus*
modus est, quomodo tua amorosa Anima amet valde magno amore formam tui Corporis; quia in hoc, quòd tua Anima consideret illam formam melio-

D

rem

50 B. Raym. Lulli Lib. Contempl. Vol.III.
rem & pulchriorem & nobiliorem
omnibus aliis formis corporalibus, est
amor ita magnus sicut est virtus tuæ
Animæ & virtus tuæ formæ corpo-
ralis: igitur, cùm ista virtus sit adco-
magna, quis est, qui hunc amorem
posset aestimare?

27. *Decimus modus est, Domine, quo-*
modo tua Anima amet coniunctionem, quæ
est inter materiam & formam tui Cor-
poris: unde, cùm tua Anima consideret
multò plus valere, sinè omni compara-
tione, coniunctionem, quæ est inter ma-
teriam & formam tui Corporis, quàm
omnes alias coniunctiones creatas, adeo
amat hanc coniunctionem, quòd non
sit cor hominis possens cogitare nec ima-
ginari, nec lingua potens dicere, nec o-
culi videre, nec aures audire adeo mag-
num amorem.

28. k. *Liberalis Domine super omnes lar-*
gitates, gratia omnium gratiarum! In
quantum opus artificis est bonum & pul-
chrum & fructuosum, in tantum sig-
nificat, quòd artifex debeat amari prop-
ter

Lib. V. Dist. XXXIX. Cap. CCLXXI. 51
ter pulchritudinem & bonitatem sui ope-
ris: igitur, cùm hoc ita sit, napis, quæ
est valde pulchra & bona, dat majorem
significationem de bonitate artificis,
quàm dolium, & firmamentum & ele-
menta & res compositæ ex eis dant ma-
jorem significationem de Bonitate sui
Creatoris, quàm napis de bonitate ar-
tificis, qui eam construxit.

29. Igitur, cùm per decem ratio-
nes prædictas in quantum potuimus, *Do-
mine*, receperimus significationem mag-
ni amoris, quem tua sancta Humanitas
habet erga se ipsam, propterea adora-
mus & invocamus & cotemplamur ex
omnibus nostris viribus istum magnum
amorem, & benedicta sit tua Deitas, quæ
adeo nobiliter amat & adeo nobilem &
magnum amorem creavit in tua Huma-
nitate, qui, in quantum est in se mag-
nus, in tantum dat significationem de
nobilitate sui Creatoris.

30. Unde Benedictus sis, *Domine DE-
US*; quia, si tua sancta Deitas non es-
set unita cum Humanitate, tua Huma-
nitas

52 B. Raym. Lulli Lib. Comtempl. Vol III.
nitas non haberet adeo magnam occa-
sionem amandi se ipsam, quantam ha-
bet; &, si cam non haberet, Tu non
creasses adeo magnum amorem sicut cre-
asti: & benedicta sit, *Domine*, tua sanc-
ta Humanitas gloriosa; quia, sicut ha-
bet majorem magnitudinem & virtutem
in se ipsa, quam sit omnis magnitudo
& virtus, quae est in aliis creaturis,
ita habet majorem virtutem & potes-
tatem dandi significaciones, per quas
significetur nobilitas & magnitudo tuæ
Deitatis, quam habeant omnes aliae
creatüræ, & hoc est, quia ipsa sola est
creatura unita cum tua gloriosa Essentia
divina.

CAPUT CCLXXII.

*Quomodo noster Dominus JESUS Christus
amet Angelos & Angeli
ament ipsum.*

i. a. **O**JESU Christe alte & magne
& mirabilis, cui detur omnis
gloria & omnis honor! Quia Tu, Domi-
ne,

Lib. V. Dist. XXXIX. Cap. CCLXXII. 53
ne, es in duabus naturis, scilicet in Deitate & Humanitate, amas Angelos duobus modis, quoniam uno modo amat eos tua Deitas & alio modo tua Humanitas; &, quia Tu amas eos his duobus modis, ipsi amant Te duobus modis, quoniam uno modo amant tuam Deitatem & alio modo tuam Humanitatem.

2. Igitur, cum hoc ita sit, *Domine*, oportet, quod nos ad tuam gloriam & honorem tractemus de amore praedicto *quatuor* modis, quorum *primus* est de amore, quo tua excellens Deitas amat Angelos, *secundus* de amore, quo tua sancta Humanitas amat ipsos, *tertius* de amore, quo beati Angeli amant tuam perfectam Deitatem, & *quartus* de amore, quo ipsi amant tuam gratiosam Humanitatem.

3. Unde benedictus sis, *Domine DEUS*; quia sicut homo indiget sensibus sensualibus, quando inquirit res sensuales, ita indiget tribus virtutibus animæ, quando vult inquirere amorem, qui est inter

54 B. Raym. Lulli Lib. Contempl. Vol. III.
inter Te & Angelos, & in quantum a-
nima contemplatur in isto amore & co-
natur ipsum memorare & intelligere
& amare, in tantum ipse formatur
& demonstratur intellectualiter suo in-
tellectui.

4. b. *Gloriose Domine, pro quo mei oculi sunt in fletu & meum cor in amore!*
Primus modus amoris est, quomodo tua
excellens Deitas amet Angelos; unde di-
cimus, quod intellectualiter intelliga-
mus Angelos esse tres res scilicet mate-
riam & formam & conjunctionem in-
tellectuales; & quando anima hominis
contemplatur in tua perfecta Volunta-
te & memorat & intelligit & amat An-
gelos & eorum bonitatem & innocen-
tiam & simplicem naturam incorrupti-
bilem, tunc significatur ei amor, quem
tua Deitas habet erga ipsos Angelos.

5. Nam, quando anima, *Domine*,
memorando & intelligendo & amando
recipit significationes tuarum Qualita-
tum & significationes qualitatum An-
gelorum, tunc percipit magnum amo-
rem,

Lib. V. Dist. XXXIX. Cap. CCLXXII. 55
rem, quem Tu habes erga Angelos;
quia, in quantum ipsa memorat & in-
telligit & amat significationes tuarum di-
vinarum Qualitatum & qualitatum crea-
turarum, in tantum suus intellectus
percipit & cognoscit magnum amorem,
quem tua Deitas habet erga suas crea-
turas.

6. Sed, quia tua Deitas, *Domine*,
amat plūs, quàm mea anima possit me-
morare & intelligere & velle, & An-
geli valent plūs & sunt nobiliores crea-
turæ, quàm ipsa possit percipere, prop-
terea necessariō oportet, quòd tuus ser-
vus confiteatur & fateatur multò ma-
jorem esse amorem, quem Tu habes cr-
ga Angelos, quàm sint significationes
hujus amoris, quas sua anima potest
recipere.

7. c. *Creator Domine cæli & terræ &*
omnium rerum! Quando mea anima me-
morat & intelligit & amat tuam jus-
tam Voluntatem, & memorat & in-
telligit memoriam, quam Angeli ha-
bent de tua nobilitate & de gratia &
bene-

56 B. Raym. Lulli Lib. Contempl. Vol. III.
benedictione , quam receperunt à tua di-
vina Essentia, tunc significatur ei mag-
nus Amor , quem Tu habes erga me-
moriā , quam Angeli habent de tua
Deitate memorando Te & gratiam, quam
à Te receperunt.

8. Et , sicut tua sancta Deitas , *Do-
mine* , amat angelicam memoriam , quæ
Te memorat , ita amat angelicum in-
tellectum , qui intelligit magnam boni-
tatem , quæ est in Te & magnam gra-
tiā , quam Angeli receperunt & re-
cipiunt à Te ; quia , sicut est naturale
bonitati intellectus angelici intelligere Te
& gratiam , quam recipiunt à Te , ita
& adhuc multò melius est naturale
tuæ justæ Voluntati amare omnes illos ,
qui intelligunt Te & bona , quæ reci-
piunt à Te.

9. *Gloriose DEUS!* Sicut tua amoro-
sa Voluntas amat memoriam & intel-
lectum Angelorum , ita , *Domine* , sig-
nificatur humano intellectui , quòd ip-
sa amet voluntatem eorum , quia per
hoc , quòd voluntas ipsorum amet tu-
am

Lib. V. Dist. XXXIX. Cap. CCLXXII. 57
am Deitatem & amet quidquid vult tua
Voluntas & amet totam gratiam & be-
nitionem , quam recipiunt à Te, & sit
tota in amando & laudando & honoran-
do & benedicendo tuam Voluntatem & in
serviendo ei, est valde magna ratio, quòd
tua Voluntas eos amet.

io. d. *O Domine DEUS , in quo nul-
lus defectus potest capi !* Sensualiter sen-
timus & intellectualiter intelligimus
omnem artificem amare suum opus: igi-
tur , cùm Angeli sint tuæ creaturæ, sig-
nificantur , quòd tua sancta Deitas habe-
at valde magnum amorem erga ipsos;
& si homo , qui est res corrupta per
peccatum , multum amat suum opus ,
quod est corruptibile , quantò plus
tua sancta Voluntas gloria amat An-
gelos , qui sunt de natura simplici &
incorruptibili ?

ii. Intellectualiter intelligimus , *Do-
mine , quòd à bona memoria & à bo-
no intellectu procedat bona voluntas &
à bona voluntate procedant bona ope-
ra :* igitur per hoc , quòd Angeli habe-
ant

58 B. Raym. Lulli Lib. Contempl. Vol. III.
ant adeo bonam memoriam & intellectum & voluntatem significatur , quòd sua opera sint bona : igitur in tua perfecta Voluntate & in operibus Angelorum , quæ sunt valde bona, significatur magnus amor , quem tua Deitas habet erga ipsos.

12. *Singularis Domine !* Sensualiter sentimus & intellectualiter intelligimus bonum amicum amare omnia bona sui amati , quia naturale est amori amare omnne bonum illius , quem amat : igitur , cùm tua Deitas amet Angelos valde magno amore , per hoc significatur , quòd ipsa amet omnes gratias & omnia bona & placita & beatitudines, quas Angeli possident in cœlesti gloria : igitur , cùm gloria ipsorum sint tot & adeo magnæ & durabiles & ipsi à Te amentur in omnibus eis, quis est, qui posset æstimare magnum amorem , quem tua Deitas habet erga gloriosos Angelos ?

13. c. *Virtuose Domine super omnes virtutes , gratiose super omnes gratias ! Se-*

CUN-

Lib. V. Dist. XXXIX. Cap. CCLXXII. 59
cundus modus amoris est, quomodo tua
gloriosa Humanitas amet Angelos: un-
de dicimus, quod sensualiter sentiamus
& intellectualiter intelligamus individua
habere majorem amorem erga se invi-
cem, quando sunt similia in specie,
quam erga alia individua ab eis diver-
sa in specie: igitur, cum hoc ita sit,
significatur, quod tua gloriosa Ani-
ma habeat valde magnum amorem
erga Angelos sibi similes in natura in-
tellectuali.

14. Sicut totum mare est aqua, &
totus calor, qui est in igne, est ignis,
ita, *Domine*, tota tua Anima est amor,
quia adeo est naturata in amore, ratio-
ne unionis, quam habet cum divina Na-
tura, quod tota sit amor amans omnes
res amatas à Divina Natura: igitur, cum
Angeli sint adeo amati à tua divina Vo-
luntate, quis est, qui posset estimare
magnum amorem, quem tua benedicta
Anima habet erga Angelos?

15. In quantum est magnus amor,
quem tua Anima, *Domine*, habet erga
Ang-

60 B. Raym. *Lulli Lib. Contempl. Vol. III*
Angelos , in tantum dat significationem
de magno amore sui Creatoris : igitur,
cùm Lex Christianorum attribuat crea-
turæ multò majus *esse*, quàm ulla alia
credentia , per hoc significatur , quòd
multò majorem nobilitatem attribuant
Creatori Christiani , quàm ulli aliarum
credentiarum , & propterea sit digna ma-
jori præmio Fides Christianorum, quàm
ulla alia credentia.

16. f. *Singularis Domine sinè pari &*
sinè socio ! Intellectualiter intelligimus,
quòd nostra anima memoret & intel-
ligat tuam gloriosam animam memora-
re & intelligere quidquid Angeli me-
morant & intelligunt & amant : igitur,
cùm tot sint Angeli & tot res memo-
rent & intelligent & ament & in om-
nibus rebus , quas memorant & in-
telligent & amant , habeant bonam
memoriam & intellectum & volunta-
tem , propterea benedicta voluntas tuæ
Humanitatis amat Angelos in omni,
quod tua memoria eos memorat & tu-
us intellectus eos intelligit.

17. Igi-

17. Igitur, cùm memoria & intellectus & voluntas tuæ gloriofæ Animæ, *Domine*, habeant in se perfectionem, & Angeli habeant perfectionem & complementum in sua memoria & intellectu & voluntate, quis est, qui posset æstimare & cogitare & percipere magnum amorem, quem tua gloriosa Anima habet erga Angelos?

18. *Pie Domine!* Sensualiter sentimus & intellectualiter intelligimus, quòd injuriosa memoria & intellectus & voluntas in homine peccatore sint causa magni amoris injuriosi, quia multi homines amant valde magno amore multas res, quas injuriosè memorant & intelligunt & volunt: igitur cùm hoc ita sit, quis est, qui posset æstimare & comparare magnum amorem, quem tua Anima habet erga Angelos, quos justè memorat & intelligit & vult?

19. g. *O Domine, qui es meum solatum & mea vita!* Intellectualiter intelligimus Angelos ratione perfectionis suæ memoriae & intellectus & voluntatis esse perfectos

62 B. Raym. Lulli Lib. Contempl. Vol. III.
fectos in omnibus suis operibus, & prop-
terea die & nocte sine intermissione
cantare, & dicere ad laudem & glori-
am tuæ Sanctæ Trinitatis *Sanctus Sanctus*: igitur, cùm tua Anima,
Domine, hoc memoret & intelligat, &
memoret & intelligat memoriam & in-
tellectum & voluntatem Angelorum
esse totaliter in dando gloriam &
laudem tuæ sanctæ Trinitati, per hoc
significatur nostro intellectui, quòd An-
geli valde ferventer aimentur à tua
gloriosa Anima, quæ amat omnes illos,
qui amant & laudant tuam virtuosam
Deitatem.

20. *Gloriose Domine!* Sensualiter sen-
timus & intellectualiter intelligimus,
quòd natura amoris sit amare opera a-
mati: igitur, cùm tua Anima sit adeo
unita & conjuncta cum Deitate & sci-
at Angelos esse creaturas ipsius & ama-
re ipsam & amari ab ipsa, tua Ani-
ma amat Angelos valde magno & mi-
rabili amore.

21. *JESU Christe Domine!* Intellec-
tualiter

Lib. V. Dist. XXXIX. Cap. CCLXXII. 63
tualiter intelligimus gloriam, quam ha-
bent Angeli, esse valde magnam & val-
de mirabilem, & totam ipsam amari à
tua justa Anima, quæ memorat & in-
telligit & amat totam beatitudinem &
gloriam & omnia bona, quæ ipsi recipiunt
à tua gloriosa Essentia divina: igitur,
benedicta sit tua sancta Anima, quæ ha-
bet adeo magnam perfectionem in aman-
do Angelos, qui sunt servi tuæ Dietatis
& tuæ sanctificatæ Humanitatis.

22. h. *Misericors Domine, memorator om-
nium amantium Te! Tertius modus a-
moris est, quomodo Angeli ament tu-
am divinam Naturam: unde dicimus,
quòd intellectualiter intelligamus Ange-
los valdè perfectè & gloriosè memora-
re & intelligere tuam simplicem Unita-
tem & Trinitatem & omnes tuas gloriosas
Qualitates, & in quantum est magnum
& mirabile suum memorare & intelli-
gere, in tantum esse magnum suum velle
in amando in Te ea, quæ memorant &
intelligunt.*

23. Sensualiter sentimus & intellec-
tuali-

64 *B. Raym. Lulli Lib. Contempl. Vol. III.*
tualiter intelligimus, *Domine*, res sensuales esse hominibus impedimentum in amando res intellectuales, & propterea non posse tantum amare res intellectuales, quantum eas amarent, si res sensuales eos non impedirent: igitur, cum homo valde ferventer amet aliquas res intellectuales vel sensuales, licet habeat impedimentum in suo amore, quantò plus Angeli amant Te, cum ipsi non habeant ullum impedimentum in suo amore ab ulla re sensuali nec intellectuali?

24. Naturale est amori, *Domine*, quod, quo plus amans continuat memorando & intelligendo & volendo id, quod amat, eò plus augeatur & eò ferventior sit: igitur; cum Angeli sine ulla intermissione memorent & intelligent & velint tuam sanctam Deitatem, ex quo fuerunt creati usque modo; quis est, qui posset aestimare magnum amorem, quem ipsi habent erga illam?

25. i. *O Sancta Virtus super omnes virtutes excellens & virtuosa! Quartus modus amoris est, Domine, quomodo Angelii*

Lib. V. Dist. XXXIX. Cap. CCLXXII. 65
geli ament tuam sanctam Humanitatem: unde dicimus, quod memorando & intelligendo & volendo percipiamus sanctos Angelos amorosos amare tuam amabilem Humanitatem duobus modis, quorum *unus* est, quando amant tuam Animam, quae est eis similis in natura intellectuali; & *alius*, quando amant tuum sanctum Corpus benedictum, quod recreavit humanam speciem.

26. *JESU Christe Domine!* Quando sancti Angeli memorant, quod tua Anima memoret & intelligat & amet, quidquid amat tua Deitas, & memorant & intelligunt, quod tua Anima in hoc concordet cum ipsis, & quando memorant & intelligunt, quod tua Anima sit eis similis in natura, & memorant & intelligunt, quod ipsa sit unita cum divina Essentia, tunc exit adeo magnus amor à sua memoria & intellectu in amando tuam Aniam, quod tuus servus non sufficiat ad scribendum nec ad nominandum nec ad cogitandum magnam magnitudinem illius amoris.

E

27. *Dum*

27. Dum Angeli , *Domine*, isto modo amant tuam sanctam Animam, tunc memorant & intelligunt tuum gloriosum Corpus unitum cum Deitate per Incarnationem divini Filii gloriosi, quod Corpus memorant & intelligunt sua gravi morte angustiosa recreasse totum mundum , & per hoc cognoscunt , quòd , sicut multò plus valet memoria tuæ Animæ , quàm omnes aliæ memoriæ , & multò plus valet intellectus ipsius, quàm omnes alii intellectus , & multò plus valet voluntas ipsius , qnàm omnes aliæ voluntates creaturarum , ita multò plus valeat tuum gloriosum Corpus , quàm omnes aliæ res corporales : igitur, quando Angeli , *Domine* , ita memorant & intelligunt tuum sanctum Corpus pretiosum , adeo ipsum amant , quòd ad æstimandum magnitudinem sui Amoris non sufficiat tota mea potestas nec omnes meæ vires.

28. k. *O Domine DEUS, ad quem recurrimus in nostris pressuris & necessitatibus!* Sensualiter sentimus , quòd in hac præ-

Lib. V. Dist. XXXIX. Cap. CCLXXII. 67
præsenti vita habeamus impedimentum
in amando tuam Deitatem & tuam Hu-
manitatem secundùm respectum magni
amoris, quo Angeli eas amant: igitur,
cùm animæ sanctorum hominum , qui
transierunt ex hac vita , Te ament sicut
Angeli Te amant , quare sancti Religio-
si & alii homines justi pavent mortem?
& quare non amant mori ad laudandum
Te apud infideles , quoniam per talem
mortem poterunt Te plùs amare in alio
sæculo, quàm in isto?

29. *Glorioso DEUS!* In quantum ho-
mo plùs amat bona cœlestia, quàm ter-
rena, in tantum plùs ac ferventiùs amat,
quia natura amoris est crescere plùs per a-
mare res meliores & nobiliores, quàm per
amare res defectuosas & vitiosas : igitur,
cùm hoc ita sit , *Domine* , in quantum
homo plùs amat aliud sæculum , quàm
istud, in tantum est similior Angelis in
amando, secundùm quod ipsi amant ; &
propterea beati sunt homines Religiosi &
Eremitæ & omnes alii homines justi ,
qui præ magno amore, quem habent erga
aliud

68 B. Raym. Lulli Lib. Contempl. Vol. III.
aliud sæculum, contemnunt vanitates hu-
jus mundi.

30. *Vere Domine!* Quando mea ani-
ma considerat magnum amorem, quem
Angeli habent erga tuam Deitatem &
erga tuam Humanitatem, desiderat esse
in aliquo loco deserto, in quo cunctis
diebus hujus vitæ contemplando memo-
ret & intelligat & amet altitudines &
honorationes & perfectiones tuæ excel-
lentis Deitatis & tuæ sanctæ Humaniti-
tatis; sed, quando mea anima memo-
rat & intelligit, quòd Angeli, licet a-
ment Te & contemplentur in Te, ta-
men tractent cum hominibus peccato-
ribus & infidelibus ut eos inducant ad
tuum servitium & ad tuam laudem, tunc
memorat & intelligit infideles errantes
& incredulos, & amat & desiderat, quòd
meum corpus pro tuo amore vincatur
& superetur angustiosa morte recepta ad
honorandum Te in præsentia ipsorum
infidelium, qui non amant tuum Amo-
rem divinum.

CA-

Quomodo noster Dominus DEUS amet homines.

i. a. **D**EUS, cui dentur & attribuantur omnes honorationes & omnes bonores! Tibi, Domine, sit gloria & laus omni tempore; quia, qui vult inquirere magnum amorem, quem Tu habes erga nos, oportet, quod cum inquirat in significationibus sex qualitatum, quarum tres sunt in tua divina Essentia gloriosa, scilicet Voluntas & Justitia & Misericordia, & aliæ tres sunt in nobis, scilicet memoria & intellectus & voluntas.

2. Et, quando homo, Domine, ordinaverit inquirere amorem, quem Tu habes erga nos, per significationes sex prædictarum qualitatum, oportet, quod faciat inquisitionem in *novem* rebus, quæ sunt in tua Sancta Deitate, & sunt **Unitas, Trinitas, Infinitas, Æternitas, Potestas, Sapientia, Veritas, Humilitas, & Perfectio.**

3. Un-

3. Unde benedictus sis, *Domine Deus*, quia per istam artem & per istud modum possumus invenire magnum amorem, quem Tu habes erga nos; sed, quia nostra memoria & intellectus & voluntas non possunt recipere omnes significaciones, quas tuæ qualitates dant de ipso, oportet nostrum intellectum affirmare & fateri ipsum esse multò maiorem, sinè omni comparatione, quām percipiatur à nobis, eò quòd sit adeo magnus, quòd non possit capi in nostra anima, ut in sua totalitate memoretur & intelligatur & ametur ab ipsa.

4. b. *Domine Principiator & Factor omnium bonorum!* *Primus* modus est, quando tractamus de amore, quem habes erga nos per significaciones tuæ sanctæ *Unitatis*: unde dicimus, quòd, quando nostra anima contemplatur in tua Unitate, memoret & intelligat in ea tuam amorosam Voluntatem & tuam Justitiam & tuam dulcem Misericordiam; &, dum ipsa ita contemplatur in tua Unitate, tunc memorat, quòd huma-

Lib. V. Dist. XXXIX. Cap. CCLXXXIII. 71
no intellectui significetur magnus amor,
quem Tu habes erga nos.

5. Nam , sicut per totam tuam sanctam Unitatem , *Domine* , sunt tua Voluntas & Justitia & Misericordia , ita tua Unitas est per totam tuam Voluntatem & Justitiam & Misericordiam : igitur , cùm hoc ita sit , secundùm quod est magna tua Unitas, est magna tua Justitia in amando nōs , secundùm quod dignum est tuam Deitatem habere magnum amorem ; & , secundùm quod est nobis necessarium multum amari à tua Voluntate , est magna tua Voluntas in amando , quòd tua Deitas habeat Misericordiam erga nos.

6. Igitur , cùm hoc ita sit , noster intellectus videt intellectualiter magnum amorem , quem Tu , *Domine* , habes erga nos in magna magnitudine tuæ Unitatis & tuæ Justitiæ & tuæ Misericordiæ : igitur , cùm noster intellectus intelligat Te infinitum in Unitate & in Justitia & in Misericordia , quis est , qui posset æstimare gratiam & amorem , qui nos-

72 B. Raym. Lulli Lib. Contempl. Vol. III.
nostro intellectui significatur in tua sancta
Unitate gloriofa?

7. c. *O JESÚ Christe Domine, qui natus es de Virgine gloriofa! Secundus modus est, quando tractamus de amore, quem habes erga nos per significationes, quas recipimus à tua gloriofa Trinitate: unde dicimus, quòd, quando nostra anima memorando & intelligendo & volendo contemplatur in tua sancta Trinitate, memoret & intelligat quamlibet tuarum Personarum habere Voluntatem & Justitiam & Misericordiam erga nos æqualiter sínè ulla majoritate vel minoritate ex parte unius vel alterius.*

8. Vnde, cùm Voluntas & Justitia & Misericordia, *Domine*, sint æqualiter in unaquaque tuarum trium Personarum, per hoc significatur nostro intellectui tuam Voluntatem velle, quòd nos amemur à qualibet earum secundùm respectum perfectionis, quam quælibet habet in Voluntate & Justitia & Misericordia: igitur: cùm hoc ita manifeste

Lib. V. Dist. XXXIX. Cap. CCLXXIII. 73
tè videatur à nostro intellectu, quis est,
qui posset æstimare magnum amorem,
quem Tu habes erga nos?

9. Sed, quia nos, *Domine*, sumus
res finitæ & habentes principium, prop-
terea noster amor est finitus, & ideo,
quantum ad respectum amoris, quo a-
mamur à Te, secundùm quod meremur
per nosmet ipsos, possimus æstimare
& comprehendere tuum amorem; sed
amorem, quem Tu habes erga nos se-
cundùm respectum tuæ nobilitatis, quæ
meretur multum amare suam creatu-
ram, non possunt memorare omnes
memoriæ creatæ nec possunt intelligere
omnes intellectus creati in tota totali-
tate ipsius.

10. d. *Creator Domine Cæli & terræ &*
omnium rerum! *Tertius modus est,* quan-
do tractamus de amore, quem habes
erga nos per significationes tuæ *Infini-*
tatis: unde dicimus, quòd, quando nostra
anima considerat tuum amorem in tua
Infinite, tunc memoret & intelligat
ipsum esse infinitum per totam tuam In-
fini-

74 B. Raym. Lulli Lib. Contempl. Vol. III.
finitatem, in qua sunt tua Voluntas &
tua Justitia & tua Misericordia infinitè
sincè usq[ue] principio; &, quando nostra
anima, *Domine*, recipit prædictas signi-
ficationes, significatur & demonstratur
ei valde magnum esse amorem, quem
Tu habes erga nos, secundùm quod per-
tinet ad Infinitatem tuæ Voluntatis &
Justitiae & Misericordiæ.

ii. Adeo est naturale & rationabi-
le tuæ Voluntati, *Domine*, amare, quòd
tuus amor sincè omni comparatione sit
major, quàm homo sit dignus & me-
reatur amari à Te, quia adeo est homo
res parva & misera, quòd non sit dig-
nus amari à tua Voluntate tantum, quan-
tus est amor, quem tua Voluntas ha-
bet in se ipsa, secundùm quod meretur
amare; quoniam, sicut in uno solo ho-
mione non capiuntur omnia genera nec
species nec accidentia, ita & adhuc mul-
tò plūs non capitur in homine digni-
tas, pér quam sit dignus amari à Te se-
cundùm tuam Justitiam tantum, quan-
tum secundùm ipsam Tu es dignus ama-
re per Te ipsum.

12. *Gloriose Domine!* Intellectualiter intelligimus, quod antequam essemus in esse non memorabamus nec intelligebamus nec amabamus Te, & nunc quando sumus in esse multoties non memorabimus nec intelligimus nec amamus Te: igitur, cum hoc ita sit, antequam amaremus Te non eramus digni amari a Te, nec quando non amamus Te sumus digni amari a Te; sed, quia Tu es dignus multum amare per hoc, quod merearis habere magnum amorem ratione Infinitatis, quae est in tua Voluntate & Justitia & Misericordia, eodem quod, si magnum amorem non haberemus, tua Voluntas non esset justa suamet dignitate, nec Justitiae nec Misericordiae, nec tua Justitia esset justa sibi ipsi nec Voluntati nec Misericordiae, nec tua Misericordia uteretur in nobis suamet dignitate, propterea dignum est, quod antequam amaremus Te, amares nos, & quando non amamus Te, etiam ames nos valde magno amore.

13. c. *Rex gloriose, Domine Dominorum,*

A-

76 B Raym. Lulli Lib. Contempl. Vol. III.
Amor omnium amorum! Quartus modus
est, quando tractamus de amore, quem
habes erga nos per significaciones tuæ
gloriosæ *Æternitatis*: unde dicimus,
quòd intellectualiter intelligimus tuam
Voluntatem & Justitiam & Misericor-
diam esse æternaliter in Te; quia, nisi
ita esset, Tu non es talis qualis es, & si
talis non es, non es DEUS, & si
DEUS non es, nos essemus nihil, &
hoc est impossibile.

14. Unde, cùm certò sciamus, *Domi-
ne*, quòd nos simus aliquid, & per
nostrum *esse*, certò sciamus, quòd Tu
sis in *esse*, & per tuum *esse* significe-
tur, quòd tuus amor sit æternaliter in
tua Justitia & Misericordia & Volun-
tate, per hoc significatur nostro intel-
lectui, quòd Tu ames nos valde mag-
no amore; quia adeo meretur tua Vo-
luntas habere magnum amorem per su-
am æternitatem, quòd justum sit ipsum
esse valde magnum; &, quia tua Mi-
sericordia est in Te æternaliter, mere-
tur esse valde magna in amando nos:
igi-

Lib. V. Dist. XXXIX. Cap. CCLXXIII. 77
igitur, cùm hoc ita sit, quis est, qui posset
æstimare magnum amorem, quem Tu ha-
bes erga nos, qui significatur per tuam
perdurabilem Æternitatem?

15. Sicut per propinquitatem mag-
ni ignis recipit homo magnum calorem,
ita, *Domine*, adeo magnus est amor,
quem Tu habes erga Te ipsum, quòd
nos ex eo recipiamus valde magnum a-
morem; sed, sicut à parvo igne non
potest homo recipere magnum ca-
lorem, ita per hoc, quòd nos simus
res parvæ & miseræ & habeamus cul-
pas & peccata, non possumus secundùm
respectum ad nos recipere magnum amo-
rem à Te, eò quòd nostra culpa &
nostramet fragilitas nos faciat indignos
multum amari, quia parum valemus & pa-
rum amamus.

16. f. *Complete Domine plene omnibus*
perfectionibus, honorate omnibus honoratio-
nibus! *Quintus modus est, quando trac-*
tamus de amore, quem habes erga nos
per significationes tuæ mirabilis Potes-
tatis: unde dicimus, quòd intellectua-
liter

78 B. Raym. Lulli Lib. Comtempl. Vol. III.
liter intelligamus , quòd, sicut tua Vo-
luntas potest infinitè amare tuam Po-
testatem & Justitiam & Misericordiam,
ita tua Potestas possit habere perfectam
Voluntatem & perfectam Justitiam & per-
fectam Misericordiam.

17. Igitur , cùm hoc ita sit, *Domi-
ne* , de virtute , quam tua Potestas ha-
bet in infinita & æterna Voluntate &
in Justitia & in Misericordia, exit vir-
tus valde magna & valde mirabilis, quæ
amat nos per perfectam Potestatem &
Voluntatem & Justitiam & Misericor-
diam : igitur , cùm hoc ita sit , quis
posset estimare magnum amorem, quem
tua Voluntas erga nos potest habere &
tua Justitia erga nos debet habere &
tua Misericordia similiter?

18. Intellectualiter intelligimus , *Do-
mine* , quòd homo non possit amare su-
per potestatem suæ memoriæ & sui in-
tellectus & suæ voluntatis , sicut came-
ra non potest recipere splendorem so-
lis ultra suos terminos : igitur , cùm hoc
ita sit, significatur nostro intellectui mul-
tò

Lib. V. Dist. XXXIX. Cap. CCLXXIII. 79
tò majorem esse tuam Potestatem in amando nos , quám sit nostra potestas in recipiendo tuum amorem ; quia , si tantum amorem possemus à Te recipere , quantum Tu erga nos potes habere , nostra potestas esset in virtute æqualis tuæ Potestati , & hoc est impossibile , & per hanc impossibilitatem significatur , quòd , sicut camera non potest recipere totam claritatem solis nec recipit eam ultra suos terminos , ita nos non possimus tantum amorem recipere à Te , quantum Tu potes habere erga nos.

19. g. *O JESU Christe Domine , qui pro nobis peccatoribus sustinuisti angustiosam mortem ! Sextus modus est , quando tractamus de amore , quem habes erga nos per significationes tuæ Sapientiae virtutum : unde dicimus , quòd intellectualiter intelligamus tuam sapientiam scire totum Te ipsum , & scire omnes creaturas & omnia accidentia earum : igitur , cùm tua Voluntas & tua Justitia & tua Misericordia sint æquales tuæ Sapientiae , & tua Sapientia , Domine , sit adeo magna*

80 *B. Raym. Lulli Lib. Contempl. Vol. III.*
na & mirabilis , per hoc significatur esse
valde magnum & mirabilem amorem,
quem habes erga tuum populum.

30. Nam , quantum tua Sapientia,
Domine , se scit magnam , tantum mag-
nam scit tuam Voluntatem & Justitiam
& Misericordiam : igitur , cùm tua Sa-
pientia sciat adeo magnam tuam Vo-
luntatem & Justitiam & Misericordiam ,
per hoc significatur nostro intellectui ip-
sam scire , quòd nos multum amemur
à Te ; quia , si sciret , quòd parùm a-
maremur à Te , sciret in Te non esse
magnam Voluntatem nec magnam Jus-
titiam nec magnam Misericordiam , &
hoc est impossibile , quia in Te non po-
test esse ullus defectus Voluntatis nec Jus-
titiae nec Misericordiae.

21. Unde benedictus sis , *Domine DE-*
US , quia adeo justum est tuam Sapien-
tiam scire in Te magnam Voluntatem
& Justitiam & Misericordiam , quòd
propterea oporteat tuam Voluntatem
esse valde magnam & valde mirabilem
in amando nos : igitur , quando noster in-
tel-

Lib. V. Dist. XXXIX. Cap. CCLXXIII. 81
tellectus recipit à tuis Qualitatibus hanc significationem amoris, tunc memoria & intellectus & voluntas nostræ animæ non possunt comprehendere totam magnitudinem hujus amoris.

22. h. *Defensor Rex gloriæ, Adjutor tuorum servorum à suis mortalibus inimicis!*
Septimus modus est, quando tractamus de amore , quem habes erga nos per significationes tuæ gloriose *Veritatis*: unde dicimus , *Domine* , quòd intellectualiter intelligamus tuam Veritatem esse per Te totum in hoc , quòd totus sis in veritate: igitur , cùm hoc ita sit, tua Voluntas & Justitia & Misericordia habent æqualitatem cum tua Veritate ; quia , si eam non haberent , essent finitæ & terminatæ , quod est impossibile : igitur , cùm tua veritas sit major sinè omni comparatione , quæ veritas , quæ est in omnibus creaturis , per hoc significatur nostro intellectui magnus amor, quem habes erga nos.

23. Nam , sicut est magna veritas, quòd Tu, *Domine* , habeas perfectam Vo-

82 B. Raym. Lulli Lib. Contempl. Vol. III.
Iunctatem & perfectam Justitiam & perfectam Misericordiam, ita est magna veritas, quòd tua Voluntas amet, & tua Justitia faciat res justas & rationabiles, & tua Misericordia habeat pietatem erga nos peccatores, qui sumus tuæ creaturæ & confidimus in ea: igitur, cùm hoc ita verum sit, per hanc veritatem demonstratur verum esse, quòd Tu habeas magnum amorem erga nos, &, si verum esset, quòd non haberes erga nos magnum amorem, significaretur, quòd tua Voluntas non amaret veritatem, quæ est in se ipsa & in tua Justitia & Misericordia.

24. Igitur, cùm sit impossibile, *Dominus*, quòd in tua Voluntate nec in ulla tuarum Qualitatum sit ullus defectus, per hanc impossibilitatem & impossibilitatem actualem, quæ est in perfectione tuarum Qualitatum, significatur verum esse, quòd Tu habeas valde magnum amorem erga nos: igitur, cùm hoc ita sit, beati sunt, qui amant tuam Veritatem & pugnant & moriuntur

Lib. V. Dist. XXXIX. Cap. CCLXXXIII. 83
tur pro ea , & miseri sunt, qui tuam
Veritatem credunt esse in falsitate,
quia per falsitatem, in qua credunt, sunt
digni puniri à tua Veritate infernali-
bus pœnis.

25. i. *O Domine DEUS, qui es perfectio
mearum perfectionum & solatium meorum
placitorum ! Octavus modus est, quando
tractamus de amore, quem habes erga
nos per significationes tuæ mirabilis
Humilitatis: unde dicimus, quòd quan-
do nostra anima considerat tuam sanc-
tam Humilitatem esse æqualem tuæ Vo-
luntati & Justitiæ & Misericordiæ, tunc
intelligat, quòd oporteat magnitudi-
nem tuæ Humilitatis esse majorem om-
ni magnitudine creaturarum, quia ali-
ter esset finita, quod est impossibile, cùm
in tua divina Natura non possit esse ulla
res finita.*

26. *Unde benedictus sis, Domine
DEUS; quia, sicut per æqualitatem, quæ
est inter tuam Humilitatem & tuam Vo-
luntatem & Justitiam & Misericordiam,
significatur magnitudo tuæ Humilitatis
in*

34 B. Raym. Lulli Lib. Contempl. Vol. III.
in magna magnitudine tuæ Voluntatis
& Justitiae & Misericordiae , ita per mag-
nitudinem nostræ fragilitatis & miseriæ
& culpæ significatur magnitudo tuæ Hu-
militatis in hoc , quòd Tibi placuerit
assumere carnem in humana natura; quo-
niam , si humana natura esset in virtu-
te æqualis tuæ Deitati , non significa-
retur magna tua Humilitas , licet essemus
incarnatus in ea ; & , si tota humana
species non esset corrupta per pecca-
tum originale , non significaretur tan-
ta Humilitas in tua Incarnatione &
Passione.

27. Igitur , sicut magnus lapis ca-
dens à loco alto ratione sui magni pon-
deris dat majorem ictum , quàm frustu-
lum ligni parvi ponderis , ita , *Domine* ,
adeo est magna Humilitas , quæ per tu-
am Voluntatem fuit amata & per tuam
Justitiam justificata & per tuam Mis-
ericordiam misericordificata erga nos pec-
atores in tua Incarnatione & Passio-
ne , quòd non sit cor nec lingua nec
oculi nec ulla alia res , quæ posset suf-
ficer

Lib. V. Dist. XXXIX. Cap. CCLXXXIII. 85
ficere ad cogitandum nec ad loquendum nec ad videndum, quām magna sit, & per magnitudinem hujus Humilitatis significatur magnus amor, quem habes erga nos; quia, nisi nos valde amares, pro nobis non adeo Te humiliafses, cūm impossibile sit humilitatem esse sinē amore.

28. k. *O Domine DEUS, in quo est tota mea memoria & meus intellectus & mea voluntas! Nonus modus est, quando tractamus de amore, quem habes erga nos per significationes tuæ Perfectionis; unde dicimus, quòd recipiendo significationes tuæ Perfectionis, quæ est major omnibus aliis perfectionibus, & respiciendo perfectionem tuæ Voluntatis & tuæ Justitiæ & tuæ Misericordiæ, recipiat nostra anima significationes magni amoris, qucm habes erga nos.*

29. *Unde benedictus sis, Domine DEUS; quia, sicut tua Voluntas & tua Justitia & tua Misericordia habent perfectionem in amando tuam divinam Excellentiam,*

86 *B. Raym. Lulli Lib. Contempl. Vol. III.*
sentiam , ita habent perfectionem in a-
mando nos ; sed , sicut nos non possu-
mus comprehendere totum aërem, imò
comprehendimur ab eo , ita non habe-
mus dignitatem, per quam possimus me-
reri tantum amari à Te , quantum ama-
tur tua divina Essentia , & hoc est ra-
tione tuæ perfectæ Voluntatis & Justi-
tiæ , in quibus esset defectus , si Tu tan-
tum amares nos , in quibus est defectus,
quantum amas Te, in quo est omnis per-
fectio ; sed , quia tua Voluntas & Justitia
& Misericordia habent in Te perfectio-
nem, propterea amas nos, secundùm quòd
convenit perfectioni carum.

30. Unde benedictus sis, *Domine DE-*
US ; quia , in quantum homo amat Te
plùs, quàm ullam aliam rem , in tan-
tum potest plùs amari à Te ; quia , sicut
magnum vas est magis paratum sensua-
liter ad recipiendum in se magnam quan-
titatem aquæ, quàm parvum vas , ita
intellectualiter anima habens memoriam
magnum in memorando Te & intellec-
tum magnum in intelligendo Te & vo-
lunta-

Lib. V. Dist. XXXIX. Cap. CCLXXIV. 87
luntatem magnam in amando Te est ma-
gis parata, ut magno amore ametur a
Te, quam anima habens parvam me-
moriem & parvum intellectum & par-
vam voluntatem erga suum Dominum
DEUM.

CAPUT CCLXXIV.

*Quomodo Humanitas nostri Domini DEI
JESU CHRISTI amet humanum
genus.*

1. a. **O** DEUS Aeternæ, qui es Gloria
super omnes glorias & honor su-
per omnes honores! Qui vult inquirere,
Domine, magnum amorem, quem tua
sancta Humanitas habet erga nos, o-
portet, quod eum inquirat memoriâ
& intellectu, & voluntate tuæ sanctæ An-
imæ gloriose & memoriâ & intellectu &
voluntate nostræ animæ.

2. Quia amor, quem tua humana
Natura, *Domine*, habet erga nos est in-
quirendus modo prædicto, oportet, quod
hanc

88 B. Raym. Lulli Lib. Contempl. Vol. III.
hanc inquisitionem dividamus in *novem*
partes, quarum *prima* est, inquirendo
eum in *divina Unitate*, *secunda* in *di-*
vina Trinitate, *tertia* in *tuis divinis*
Qualitatibus, *quarta* in *tua Anima*,
quinta in *tuo Corpore*, *sexta* in *Quali-*
tatibus tue Humanitatis, *septima* in *bo-*
nis, *qua* sunt in *nobis*, *octava* in *nostra*
vilitate & miseria, & *nona* in *mag-*
na necessitate & indigentia, quam habe-
mus.

3. Sed, quia tua Anima, *Domine*,
memorando & intelligendo & volendo
habet majorem virtutem in amando nos,
quam nostra anima possit memorare &
intelligere & velle, propterea oportet,
quod nostra anima memoret & intelli-
gat & affirmet multò majorem finē om-
ni comparatione esse amorem, quo tua
gloriosa Humanitas amat nos, quam nos
possimus contemplari memorando & in-
telligendo & amando.

4. b. O *Domine vere DEUS*, qui *bea-*
tificas tuos benevolos! Prima pars est,
quando tractamus de amore, quem tua
fanc-

Lib. V. Dist. XXXIX. Cap. CCLXXIV. 89
sancta Humanitas habet erga nos , ratione *Unitatis* tuæ excellentis Deitatis: unde , quando nostra anima memorat & intelligit tuam Animam memorare & intelligere esse unum DEUM tantum, tunc memorat & intelligit tuam Animam habere adeo magnum amorem erga Divinam Unitatem , quod ratione illius amoris sit tota in amando nos.

5. Unde benedicta sit , *Domine* , tua gloriosa Anima ; quia , sicut per totum carbonem accensum est calor , ita per totam memoriam & intellectum & voluntatem tuæ Animæ est amor , quo amat nos ratione magnæ memorie & intelligentiæ & voluntatis , quas habet erga unitatem tuæ Essentiæ divinæ.

6. Unde, cùm tua virtuosa Anima, *Domine* , adeo vehementer fruatur Unitate tuæ Deitatis , & secundùm illam fruitionem amet nos , qui sumus creaturæ ipsius Deitatis , quis est , qui posset estimare magnum amorem , quem tua humana Natura habet erga nos ?

7. c. *Incommutabilis Domine, perdurable-*
bilis

90 B. Raym. Lulli Lib. Contempl. Vol. III.
bilis omni tempore! Secunda pars est, quando tractamus de amore, quem tua Humanitas habet erga nos, ratione tuæ Trinitatis: unde sicut magnus splendor solis est lunæ ratio ut luceat in nocte, ita tua sancta Trinitas est tuæ sanctæ Humanitati ratio ut amet nos propter magnam memoriam & intelligentiam & voluntatem, quas tua Anima habet in amando eam.

8. Gloriose DEUS! sicut calor cò plus sentitur, quò plus homo accedit ad ignem, ita, Domine, quò major est fruitio & unio, quam tua Anima habet in tua Trinitate per Incarnationem Personæ Filii DEI, eò plus oportet, quòd ipsa amet nos per virtutem, quam recipit à tua sancta Trinitate.

9. Unde, sicut tua Anima, Domine, habet rationem amandi nos per virtutem, quam recipit à tua sancta Trinitate, ita habet rationem amandi illum populum, qui est amator & laudator & servus ipsius Trinitatis: igitur, cùm tua Anima per virtutem tuæ Trinitatis &

per

Lib. V. Dist. XXXIX. Cap. CCLXXIV. 91
per suammet virtutem & per amorem,
quem nos habemus erga ipsam Trini-
tatem amet nos , & istæ res sint adeo
magnæ , quis est , qui posset æstima-
re magnum amorem , quem tua Anima
habet erga nos ?

io. d. *O Domine , cuius amor non re-
cedit à meo corde ! Tertia pars est , quando
tractamus de amore , quem tua Huma-
nitas habet erga nos ratione Qualita-
tum tuæ divinæ Essentiae : unde dicimus ,
quòd intellectualiter intelligamus tuam
Animam memorare & intelligere tuam
Infinitatem & Æternitatem & Potesta-
tem & Sapientiam & Justitiam & Miseri-
cordiam & alias tuas Qualitates , & in
quantum ipsa eas memorat & intelligit
in tantum eas amare.*

ii. Unde benedictus sis, *Domine DE-
US ; quia sicut fit corpus per conjunc-
tionem ex euntem ex materia & forma ,
ita adeo est magnus amor , quem tua
Anima habet erga tuas divinas Quali-
tates , quòd ab eo excat in ipsa virtus
valde magna & valde mirabilis per quam*

amat

92 B. Raym. *Lulli Lib. Contempl. Vol. III.*
amat nos , secundūm quod divinæ Qualitates sunt ei ratio amandi nos.

12. Nam , sicut naturaliter magnes est acui causa movendi & vertendi se ad ipsum magnetem & ad Aquilonem, ita, *Domine*, est naturale tuæ Animæ amare nos ratione amoris , quem habet erga tuas gloriosas Qualitates : igitur , cùm tua Anima habeat adeo magnam rationem in amando tuas Qualitates , & istæ sint ei adeo magna ratio amandi nos , & ipsa habeat adeo magnam rationem amandi omnes illos , qui tuas Qualitates amant , quis est , qui posset cogitare & æstimare magnum amorem, quem habet erga nos tua humana Natura gratiosa?

13. c. *Domine immortalis , qui es gloria super omnes glorias ! Quarta pars est,* quando tractamus de amore , quem tua Humanitas habet erga nos ratione virtutis sive Anima : unde dicimus, quòd in quantum tua Anima memorat se memoriare & intelligere & amare tuam Deitatem , & in quantum intelligit se memoria-

Lib. V. Dist. XXXIX. Cap. CCLXXIV. 93
morare & intelligere & amare tuam
Deitatem , & in quantum amat se me-
morare & intelligere & amare tuam
Deitatem , in tantum amet se ip-
sam amando memoriam & intelligen-
tiam & voluntatem , quas habet in tua
Deitate.

i4. Unde benedictus sis, *Domine DE-*
US , quia tua gloria Anima amando
tuam Deitatem amat se ipsam ratione
magnæ virtutis , quam recipit à tua
Deitate per hoc , quòd eam amet , & a-
mando se ipsam , amat nos ratione mag-
næ virtutis , quam habet in amando tu-
am Deitatem & se ipsam : igitur , cùm a-
deo magna sit virtus , quam tua Anima
habet in amando tuam Deitatem & se
ipsam , quis est , qui posset æstimare mag-
num amorem , quem ipsa habet erga nos ,
& virtutem & potestatem & justitiam
& misericordiam , quas habet in aman-
do nos ?

i5. Cùm tua gloria Anima , *Do-*
mine , memoret & intelligat omnes res ,
& memoret & intelligat quidquid ho-
mines

94 B. Raym. Lulli Lib. Contempl. Vol. III.
mines faciunt & dicunt pro amore tuæ
Humanitatis ad laudandum & honoran-
dum eam, & memoret & intelligat om-
nes illos, qui sustinent pœnas & labores
& mortem ad laudandum tuam sanctam
Humanitatem, & tot sint laudatores sus-
tinentes pœnas & mortem propter ip-
sam, quis posset æstimare magnum amo-
rem, quem tua Humanitas habet erga
homines, qui sunt ei similes in huma-
na specie?

16. f. *O Domine une, perfecte in omni-
bus bonis! O Domine honorate in omni-
bus honorationibus!* Quinta pars est,
quando tractamus de amore, quem tua
Humanitas habet erga nos ratione *tui
pretiosi Corporis*: unde dicimus, quod in-
tellectualiter intelligimus tuam glorio-
sam Animam in quantum est magna
sua virtus in memorando & intelligen-
do tuum gloriosum Corpus, in tantum
amare ipsum magno amore, & per
magnum amorem, quem ipsa habet
erga illud, amare nos valde magno a-
more.

17. Nam,

17. Nam , quia tua Anima, *Domine*, amat tuum Corpus , amat omnes , qui in eo credunt & qui ipsum honorant & precantur ante suam imaginem pictam in Cruce ; & omnes , qui plangunt & plorant dolores & languores , quos tuum Corpus sustinuit , quando gravi & angustiosa morte fuit mortuum pro nobis peccatoribus , amat tua benedicta Anima , quæ non obliviscitur illorum , qui tuum Corpus laudant & honorant & adorant.

18. Quando tua Anima , *Domine* , memorat & intelligit nostrum corpus esse illius naturæ cuius est tuum , adeo est magnus amor , quem habet erga tuum Corpus , quòd pro amore ipsius amet nostram naturam : igitur , cùm per omnes istas rationes & per plures alias tuum Corpus sit ratio tuæ Animæ ut amet nos , beati sunt omnes , qui in tuo Corpore credunt & qui ipsum laudant & adorant , & qui pro amore honorationis & laudis & servitutis ipsius moriuntur ; quia , in quantum illud hono-
rare

96 B. Raym. Lulli Lib. Contempl. Vol. III,
norant & laudant, & in quantum pro
amore ipsius habent laborem & passio-
nem & mortem, in tantum præmian-
tur per respectum ipsius, & adhuc præ-
mium est majus secundum respectum &
relationem amoris, quem tua Anima
habet secundum suam dignitatem, quam
increamur per hoc, quod amemus tuam
Humanitatem: igitur, cum hoc ita sit,
quis posset estimare, quam magnus sit a-
mor, quem habes erga nos?

19. g. *Pater noster, qui es in cælis, cuius
Nomen sanctificetur!* Sexta pars est, quan-
do tractamus de amore, quem tua Hu-
manitas habet erga nos ratione *suarum
Qualitatum*: unde dicimus, *Domine*,
quod intellectualiter intelligamus tuam
Animam memorare & intelligere & a-
mare omnes qualitates suas & sui Cor-
poris, scilicet bonitatem & virtutem
& sanctitatem & sapientiam & amorem
& justitiam & misericordiam & humili-
tatem & patientiam & potestatem & pul-
chritudinem & puritatem & alias quali-
tates, quæ sunt in tua Humanitate.

20. Glo-

Lib. V. Dist. XXXIX. Cap. CCLXXIV. 97
20. *Gloriose Domine!* In quantum tua
Humanitas recipit gratiam à tua Deita-
te per conjunctionem & unionem, quam
habet cum ea, in tantum habet virtu-
tem & naturam & vim & potestatem
amandi omnes Qualitates suimet: igi-
tur, per istum amorem, quem tua Hu-
manitas habet erga suasmet Qualitates,
significatur magnus amor, quem ipsa
habet erga omnes, qui easdemmet Quali-
tates ipsius amant.

21. *JESU Christe Domine!* Sensuali-
ter sentimus & intellectualiter intelligi-
mus multos esse amatores, qui plūs &
ferventiùs amarent, si scirent, quòd la-
bores & mala, quæ sustinent pro amore
scirentur à persona, quam amant: igitur,
cùm intellectualiter intelligamus, quòd
tua Humanitas sciat omnes homines a-
mantes eam & memorantes & intelligen-
tes & amantes Qualitates ipsius & om-
nes labores & passiones, quas sustinent ad
laudandum & honorandum eam, & in
quantum ipsa hoc scit, in tantum hoc
amet, quomodo potest esse, quòd nos

G

veli-

98 B. Raym. Lulli Lib. Contempl. Vol. III.
velimus aliud facere & tractare, quam
amare tuam gloriosam Humanitatem, &
aliud laudare, quam tuas perfectas Qua-
litates?

22. h. *O Domine DEUS, qui es amor
& spes hominum justorum! Septima pars
est, quando tractamus de amore, quem
tua Humanitas habet erga nos ratione
bonorum, quae sunt in nobis: unde dici-
mus, quod intellectualiter intelligamus
tuam Animam esse adeo perfectam in
sua memoria & intellectu & voluntate,
quod amet omne bonum, quod memo-
rat & intelligit in nobis, & secundum
quod est bonum, sic illud amet, & se-
cundum quod nos sumus digni amari
ratione illius boni, sic nos amet, & se-
cundum quod pertinet ad tuam Ani-
mam amare nos, sic nos amet: igitur,
cum majus bonum quod sit in nobis
sit, quod sumus de natura tui Corpo-
ris, & tua anima memoret & intelli-
gat hoc bonum adeo magnum ratio-
ne magni boni, quod memorat & in-
telligit in tuo Corpore, quis est, qui
posset*

Lib. V. Dist. XXXIX. Cap. CCLXXIV. 99
posset æstimare istum adeo magnum a-
morem?

23. Intellectualiter intelligimus *Do-*
mine DEUS, quòd valde magnum sit
bonum quod est in operibus, quæ fiunt
à justis hominibus & à sanctis Religio-
sis, quia multum bonum sequitur de
bono, quod faciunt memorando & in-
telligendo & amando & laudando su-
um Dominum DEUM, & dando cle-
mosynas & vigilando & orando & fa-
ciendo alia virtuosa opera: igitur, cùm
omnia ista bona memoret & intelligat tua
sancta Anima, quis posset æstimare mag-
num amorcm, quem erga nos habet tua
sancta Humanitas gloriafa?

24. Igitur, cùm secundùm istum mo-
dum, *Domine*, homo ametur adeo mag-
no amore à tua virtuosa Anima, bea-
ti sunt, qui conantur amari ab ipsa fa-
ciendo bona opera; quia, in quantum
majora sunt bona quæ faciunt, in tan-
tum plùs ab ea amiantur: igitur, cùm
sensualiter sentiamus & intellectualiter
intelligamus, hominem habere valde mag-
num

100 B. Raym. Lulli Lib. Contempl. Vol. III.
num placitum in hoc mundo quando
amatur ab alio , & quò melior est, qui
eum amat , eò majus placitum habere
ex hoc , quòd ametur ab illo , & tua
Humanitas sit melior omnibus aliis crea-
turis , quare cessamus à faciendo bona
opera, per quæ amemur à tua gratiosa
Humanitate ?

25. i. *Domine , propter quem mei oculi
plorant & meum cor est in amore ! Octa-
va pars est , quando tractamus de amo-
re , quem tua Humanitas habet erga
nos ratione nostræ fragilitatis & miseriæ:
unde dicimus , quòd sensualiter sentia-
mus nostram fragilitatem & miseriæ
& intellectualiter eam intelligamus : igi-
tür , cùm unusquisque nostrum possit
in se & in aliis sentire & intelligere
multum defectum & miseriæ , & tua
Anima sciat in nobis multò plus quàm
nos ipsi , omnes defectus & miseriæ &
culpa & corruptio, quæ sunt in nobis, sci-
untur à tua Anima, quæ scit omne bonum
& malum, quod est in nobis.*

26. Unde , in quantum nos, *Domi-
ne,*

Lib.V. Dist. XXXIX. Cap. CCLXXIV. 101
ne, sumus res viles & miseræ & cor-
ruptibiles & culpabiles & defectuosæ in
fortitudine & virtute , in tantum nostri
defectus memorantur & intelliguntur à
tua Anima, & in quantum ipsa memorat
& intelligit nostros defectus & perfec-
tionem, quæ est in sua Justitia , in tan-
tum sumus indigni amari ab ea : igitur,
cùm tua Anima , *Domine* , amet nos
per suam magnam pietatem & dulcem
misericordiam, quis posset æstimare mag-
num amorem , quem tua sancta Humani-
tas amorosa habet erga nos ?

27. Unde benedictus sit , *Domine DE-*
US , iste adeo magnus amor , quem tua
sancta Humanitas habet erga nos ; quia,
quando nostra anima memorat & intel-
ligit bonitatem & excellentiam tuæ Hu-
manitatis, quæ est conjuncta cum Dei-
tate , & memorat & intelligit vilita-
tem & corruptionem & culpam in qua
sumus , & memorat & intelligit, quòd
tua sancta Humanitas adeo amet nos,
quòd semper nos memoret & intelligat
& adjuvet in nostris pressuris & neces-
sitatibus,

102 B. Raym. Lulli Lib. Contempl. Vol. III.
sitatibus , & nobis impetret indulgen-
tiam & gratiam à tua sancta Deitate ,
tunc significatur nostro intellectui adeo
magnus amor , quòd ipse non possit
percipere nec memoria memorare nec
lingua nominare totam magnitudinem
ipsius .

28. k. *Possessor Domine omnium bonorum
& omnium gratiarum ! Nona pars est ,*
quando tractamus de amore , quem tua
Humanitas habet erga nos ratione *mag-
ne necessitatis & indigentiae , in qua su-
mus :* unde dicimus , quòd intellectua-
liter intelligamus tuam sanctam Ani-
mam benedictam memorare & scire
omnes nostras necessitates , & scire , quòd
non habeamus , ad quem elevemus nos-
tres oculos nec in quo confidamus , nisi
tuam gloriosam Deitatem & tuam sanc-
tam Humanitatem .

29. Unde , sicut tua sancta Anima ,
*Domine , scit , quòd totum nostrum bo-
num & tota nostra spes sit in tua sanc-
ta - Deitate & tua gloria Humanitate ,*
& quòd , si tua Deitas & tua Huma-
nitas .

Lib. V. Dist. XXXIX. Cap. CCLXXIV. 103
nitas non essent, nos nihil essemus nec
ullum bonum haberemus, ita ipsa adeo
amat tuam Deitatem & tuam Human-
itatem & nos, quod velit nobis suc-
curri in omnibus necessitatibus & nos
juvari & recipere omne bonum à tua
sancta Deitate & à tua Humanitate
perfecta in omnibus gratiis: igitur,
cùm hoc ita sit, quis posset aestimare
magnum amorem, quem tua Humanitas
habet erga nos, secundùm quod prædictæ
significationes significant?

30. Adeo magnam occasionem & ra-
tionem habet, *Domine*, tua Humanita-
tas effendi complementum nostrarum
necessitatum, quod propterea voluerit
esse in hoc mundo pauper & contem-
ni & mori ad salvandum nos peccato-
res: igitur, cùm hoc ita sit, si à tua
Humanitate nos, qui nihil sumus in
comparatione ipsius, adeo sumus ama-
ti, ratio esset, quod adeo amaremus
eam, quæ tantum valet & quæ est no-
bis tantum necessaria & tantum nos ad-
juvat, quod pro amore ipsius sustine-
remus

104 B. Raym. *Lulli Lib. Contempl. Vol. III.*
remus multos labores & multa opprobria & multas tribulationes & moreremur ad laudandum nostrum Dominum JESUM Christum.

CAPUT CCLXXV.

Quomodo Angeli ament se ipsos.

1. a. **O** DEUS, Domine magne, mirabilis, cui detur omnis gloria & omnis honoratio ! Cùm nos, Domine, proponamus inquirere magnum amorem, quem Angeli habent erga se ipsos, oportet, quòd inquisitionem faciamus in tribus rebus, quæ sunt tua gloria Deitas & tua virtuosa Humanitas & esse Angelorum, & hanc inquisitionem oportet fieri in his tribus rebus per alias tres, scilicet per memoriam & intelligentiam & voluntatem, quæ sunt in Angelis & in nobis.

2. Nam, quando nos, Domine, memoramus & intelligimus memoriam & intelligentiam & voluntatem, quas Angeli

Lib. V. Dist. XXXIX. Cap. CCLXXV. 105
geli habent erga tuam Deitatem & erga
tuam Humanitatem , tunc nostra me-
moria memorat & noster intellectus per-
cipit magnum amorem , quem Angeli
habent erga se ipsos memorando & in-
telligendo & amando tuam sanctam
Deitatem & tuam gloriosam Humania-
tatem ; quia natura & proprietas tuæ
divinæ Essentiæ & tuæ humanæ Naturæ
est , quòd omnis res , quæ eas memo-
ret & intelligat & amet , amet se ip-
sam adeo magno amore , sicut est me-
moria & intelligentia & voluntas , quas
habet erga ipsas.

3. Sed , quia nostra anima , *Domi-
ne* , memorat & intelligit multò ma-
jorem esse memoriam & intelligentiam
& voluntatem , quas Angeli habent erga
Te , quām sit memoria & intelligentia
& voluntas , quæ sunt in nobis , prop-
terea oportet , quòd fateamur & affir-
memus multò majorem sinè omni com-
paratione esse amorem , quem Angeli
habent erga se ipsos , quām nostra ani-
ma possit percipere ; quoniam , in quan-
tum

106 B. Raym. *Lulli Lib. Contempl. Vol. III.*
tum nostrum corpus in hoc mundo est
corruptum per peccatum , in tantum
est animæ impedimentum ne possit tan-
tum extendere suas virtutes ad memo-
randum & intelligendum & amandum,
quantum Angeli extendunt suas.

4. b. *Sapiens Domine super omnes sapi-
entias , gloriose Domine super omnes glo-
rias !* Intellectualiter memoramus & in-
telligimus Angelos memorare & intel-
ligere tuam gloriosam Trinitatem & Uni-
tatem , quia naturale est suæ memoriæ
& suo intellectui frui tua Deitate , &
per hoc percipimus esse naturale suæ
voluntati amare id , quod sua memoria
memorat & suus intellectus intelligit in
tua Deitate.

5. Igitur , quia Angeli , *Domine* ,
contemplantur in tua Deitate memo-
rando & intelligendo & amando eam,
propterea amant sc ipsos valde magno
& valde mirabili amore , qui descendit
à virtute , quam recipiunt à memoria &
intelligentia & voluntate , quas habent in
tua sancta Deitate gloria.

6. Nam,

6. Nam , sicut pulchra domina , quæ se aspicit in speculo veraci per pulchram formam , quam speculum ei re-præsentat amat se ipsam , ita , *Domine* , Angeli habent adeo magnum placitum à memoria & intelligentia & voluntate , quas habent erga tuam Deitatem , quòd inde proveniat eis magnus amor erga se ipsos , secundum quod est magna contemplatio , quam habent in ipsa Deitate : igitur , cùm Angeli habeant adeo magnam memoriam & intelligentiam & amorem erga Te , quis est , qui posset æstimare magnum amorem , quem ipsi habent erga se ipsos ?

7. c. *O Domine DEUS , qui possides amorem mei cordis & virtutes meæ animæ!*
Intellectualiter intelligimus Angelos memorare & intelligere & amare gloriosas Qualitates tuæ Essentiæ divinæ , contemplando tuam Infinitatem & Æternitatem & Potestatem & Sapientiam & Amorem & Justitiam & Misericordiam & Perfectionem & alias tuas Qualitates : igitur , secundum quod Angeli habent

108 B. Raym. *Lulli Lib. Contempl. Vol. III.*
bent magnam virtutem in contemplan-
do tuas Qualitates , sunt amatores sui
ipsorum.

8. Nam , secundùm quod oculi cor-
porales possunt recipere splendorem so-
lis , repræsentatur eis solem splendere,
licet sol multò plus splendeat , quàm
ipsi possint recipere splendorem ab eo:
igitur , cùm hoc ita sit , per hanc sig-
nificationem sensualem possumus perci-
pere , *Domine* , magnum amorem , quem
Angeli habent erga se ipsos per contem-
plationem , quam habent in tuis Qua-
litatibus , quæ sunt valde perfectiores &
majores , quàm ipsi possint memorare &
intelligere .

9. Nam , quia Angeli , *Domine* , non
amant ullam rem tantum , quantum Te ,
& amor , quem habent erga Te , non ces-
sat nec ipsi habent ullum impedimen-
turn in amando Te , propterea amor ,
quem habent erga se ipsos , non cessat
nec ipsi habent ullum impedimentum
in amando se ipsos : cò quòd sua me-
moria & suus intellectus & sua volun-
tas

Lib. V. Dist. XXXIX. Cap. CCLXXV. 109
tas non habeant ullum impedimentum
in contemplatione tuarum Qualitatum:
igitur, cùm hoc ita sit, & nos habeamus
multa impedimenta in hac præsen-
ti vita in contemplatione tuarum Qua-
litatum, quare homines justi timent mor-
tem, quoniam in hoc mundo non ha-
bent virtutem in amando Te & se ipsos,
secundum quod eam habebunt in gloria
quando in ea erunt?

io. d. *O Domine DEUS, qui es amor*
& placitum tuorum amatorum! Intellec-
tualiter intelligimus Angelos. memo-
rare & intelligere & amare tuam sanc-
tam Humanitatem gloriosam: igitur, per
magnam virtutem, quam ipsi recipiunt
memorando & intelligendo & amando
tuam Humanitatem, exit in eis valde
magna & valde mirabilis virtus à sua me-
moria & intelligentia & voluntate in a-
mando se ipsos.

ii. Unde benedicta sit, *Domine*, tua
gloriosa Humanitas: quia, sicut soli est
naturale illuminare & demonstrare suum
splendorem omnibus oculis, qui cum
aspici-

110 B. Raym. *Lulli Lib. Contempl. Vol. III.*
aspiciunt, ita est naturale tuæ sanctæ
Humanitati facere Angelos amare suum-
met *esse* per contemplationem, quam
habent in ea; quia, si ab homine exit
amor erga se ipsum, quando memorat &
intelligit suammet bonitatem, quantò
plùs exit ab Angelis virtus ad amandum
se ipsos, quando memorant & intelligunt
& amant magnam bonitatem tuæ Hu-
manitatis?

12. Igitur, cùm Angeli, *Domine*, ha-
beant memoriam & cognitionem de tua
Humanitate, secundùm nobilitatem &
bonitatem ipsius, & ament eam, secun-
dùm bonitatem & virtutem, quas in ea
memorant & intelligunt, secundùm hoc
significatur memoriae & intellectui in eis
animæ valde magnum esse amorem, quem
Angeli habent erga se ipsos per virtu-
tem, quam recipiunt à tua Humanita-
tate memorando & intelligendo & a-
mando eam.

13. e. *Domine digne omni honore & om-
ni magnitudine & omni virtute!* Intel-
lectualiter intelligimus Qualitates tuæ
Huma-

Lib. V. Dist. XXXIX. Cap. CCLXXV. 111
Humanitatis memorari & intelligi & amari ab Angelis, qui memorant & intelligunt & amant pulchritudinem & bonitatem & justitiam & misericordiam & sapientiam & humilitatem & patientiam & alias Qualitates tuæ Humanitatis plùs, quàm omnes qualitates aliarum creaturarum.

14. *JESU Christe Domine!* Adeo magnam abundantiam virtutis & nobilitatis habent Qualitates tuæ Humanitatis, quòd omnibus Angelis memorantibus & intelligentibus & amantibus eas, dent gratiam & virtutem amandi se ipsos: igitur, cùm Angeli adeo vehementer & ferventer fruantur tuis Qualitatibus, & majori virtute fruantur in eis, quàm in omnibus qualitatibus aliarum creaturarum, quis posset aestimare magnum amorem, quem Angeli habent erga se ipsos per contemplationem tuarum Qualitatum.

15. Igitur, cùm Angeli, *Domine*, habeant adeo magnum amorem erga se ipsos per magnam virtutem, quam recipiunt

112 B. Raym. *Lulli Lib. Contempl. Vol. III.*
piunt à tuis Qualitatibus , quid faciunt
homines religiosi & homines justi , quare
non vadunt ad honorandum & laudan-
dum apud infideles tuas Qualitates, quo-
usque per viam martirii sint cum An-
gelis in gloria amatores sui ipsorum
per mortem , quæ est homini occa-
sio amandi se ipsum , quando eam re-
cipit pro laude & servitio tuarum Qua-
litatum ?

16. f. *Liberalis Domine, gloriose, omni-
bus bonis abundans !* Intellectualiter in-
telligimus Angelos habere adeo altam
& excellentem & perfectam memoriam
& intelligentiam, quòd , quidquid ipsi
sunt in materia & forma & conjunc-
tione intellectualibus , & omnes suas qua-
litates & virtutes, memorent & intelli-
gant ; & , secundùm quod ipsi habent
magnum memoriam & intelligentiam
de prædictis rebus , est magna volun-
tas , quam ipsi habent in amando se
ippos .

17. Igitur , cùm Angeli habeant na-
turam & virtutem, per quas sua memo-
ria

Lib. V. Dist. XXXIX. Cap. CCLXXV. 113
ria & sua intelligentia continuò sunt in actu, & nullatenus in potentia, memorando & intelligendo se ipsos, & sint in se ipsis adeo nobiles & perfectæ creaturæ, quis est, *Domine*, qui posset æstimare magnum amorem, quem ipsi habent erga se ipsos? nam, in quantum Angeli valent plus, quam nos in hoc mundo, & in quantum habent maiorem memoriæ & intelligentiam, quam nos, in tantum est major amor, quem habent erga se ipsos, quam sit in memoria & intelligentia, quam nos in hoc mundo habemus de amore ipsorum.

18. Unde benedictus sis, *Domine DEUS*, qui adeo magnum & mirabilem amorem creasti in Angelis; quia, licet memoria & intelligentia, quæ sunt in nobis, sint quandoque in potentia & quandoque in actu, tamen amamus nosmet ipsos valde magno amore: igitur, cum in Angelis memoria & intelligentia & voluntas semper sint in actu, quis est, qui posset æstimare & cognoscere amorem ipsorum?

H

19. g.

19. g. *Memorator Domine tuorum amatorum!* Sicut Tu nobilitasti & virtuificasti Angelos in amando se ipsos, ita eos nobilitasti & virtuificasti in habendo valde magnum amorem erga se invicem: quia, sicut quilibet eorum habet magnum amorem erga se ipsum, ratione magnæ memoriæ & intelligentiæ, quas habet de bono, quod memorat & intelligit in se ipso, ita quilibet amat alium valde magno amore, ratione magni boni, quod memorat & intelligit in ipso.

20. Nam, quia sanctus Gabriel, *Domine*, memorat & intelligit magnam bonitatem & magnam gloriam, quæ sunt in sancto Michaële & in omnibus aliis Angelis, sua voluntas amat in sancto Michaële & in aliis Angelis quidquid sua memoria in eis memorat & suus intellectus in eis intelligit; & hoc idem faciunt sanctus Michaël & alii Angeli in sancto Gabriele, & hoc modo amant omnes Angeli se invicem: igitur, cùm hoc ita intelligatur & memoretur, secundum

Lib. V. Dist. XXXIX. Cap. CCLXXV. 115
dùm significaciones tuarum Qualitatum
& qualitatum Angelorum , per hoc signi-
ficatur nostræ animæ magnus amor, quem
Angeli habent erga se invicem:

21. *Gloriose Domine ! In quantum per*
defectum memoriæ & intelligentiæ &
voluntatis est in hoc mundo defectus a-
moris & odium in hominibus erga se
invicem , in tantum per perfectionem
memoriæ & intelligentiæ & voluntatis,
quam habent Angeli in paradiſo , signi-
ficatur nostro intelleſtui esse in eis per-
fectum amorem erga se invicem , quia,
sicut iste mundus est locus , in quo ho-
mines habent defectum in memorando
& intelligendo & volendo , ita paradiſus
est locus , in quo Angeli habent per-
fectam memoriam & intelligentiam &
voluntatem.

22. h. *Immortalis Domine , perdurabilis*
sine principio & fine! Per hoc , quòd sen-
tiamus & intelligamus nos habere in hoc
mundo alterationem amoris , quem ha-
bemus erga nos invicem , quæ alteratio
formatur & generatur per mutationem
loco-

116 B. Raym. Lulli Lib. Contempl. Vol. III.
locorum & per alterationem temporis,
significatur nostro intellectui magnus a-
mor, quem Angeli habent erga se in-
invicem, eò quòd suus amor non alte-
retur nec varietur per alterationem &
mutationem loci & temporis.

23. Nam, sicut corruptio, quam cor-
pus humanum habet in se ipso, est ani-
mæ occasio corrumpendi in peccato su-
am memoriam & suum intellectum &
suam voluntatem, ratione materiæ sen-
sualis, quæ corumpit formam sensua-
lem, ita *Domine*, ratione virtutis ma-
teriæ Angelorum, quæ non corumpit
formam ipsorum, non habent Angeli al-
terationem in suo amore, eò quòd
sua memoria & intellectus & voluntas
non alterentur nec varientur: igitur,
cùm hoc ita sit, secundum hoc sig-
nificatur memoria Angelorum in inal-
terabilitate memoriæ & intellectus &
voluntatis ipsorum, & significatur, quòd
amor, qui adeo duravit & durabit si-
nè ulla cessatione & alteratione, sit valde
magnus & mirabilis.

24. *H0-*

24. *Honorate Domine!* In quantum mea anima habet defectum per obli- vionem & ignorantiam, in tantum ha- bet defectum in suo amore, quia obli- vio & ignorantia sunt ei occasio non amandi id, quod obliviscitur & igno- rat: igitur, si mea anima adeo amat meum Regem, cuius adeo frequenter obliviscitur & in quo multas res igno- rat, quantò plus amant Angeli se in- vicem, qui non habent naturam nec proprietatem obliuiscendi & ignorandi se invicem?

25. i. *O Domine DEUS, qui meam a- nimam sanctificas purificando suam me- moriam & suum intellectum & suam vo- luntatem!* Intellectualiter intelligimus amorem, quem Angeli habent erga se ipsos, & amorem, quem habent erga se invicem, esse in eis ratione ordina- tionis, quæ est in memoria & intel- lectu & voluntate ipsorum; quia, quid- quid memorant & intelligunt & vo- lunt in se ipsis, memorant & intelligunt & volunt ordinatè.

26. Igi-

26. Igitur , cùm hoc ita significetur nostro intellectui , *Domine* , & sensualiter sentiamus & intellectualiter intelligamus hominem in hoc mundo amare se ipsum vel alium valde magno amore , licet amor , quem habet fit cum inordinatione memoriæ & intellectus & voluntatis, quando amat id , quod est vile plùs, quàm id, quod est nobile , per hoc, quod intelligimus de Angelis & de nobis, significatur nostro intellectui esse in valde magna magnitudine & nobilitate amorem , quem Angeli habent erga se ipsos.

27. *Virtuose Domine!* Quando tuus servus considero magnum amorem , quem Angeli habent erga se invicem & magnum amorem , quem quilibet habet erga se ipsum , tunc valde desidero posse tantum amare, quantum ipsi amant ; sed , quando memoro istum mundum non esse locum, in quo homo possit habere istum amorem, eò quòd non possit tot res memorare & intelligere , quot illi memorant & intelligunt,

Lib. V. Dist. XXXIX. Cap. CCLXXV. 119
gunt, tunc mea anima desiderat esse
Tecum in tua gloria ut amet Te & quid-
quid tuum est & ut amet meam Domi-
nam sanctam MARIAM & omnes An-
gelos & Sanctos paradisi & se ipsam
memoriâ & intelligentia & voluntate
ordinatis.

28. k. *Memorate & invocate & ado-
rate Domine ab omnibus populis!* Intel-
lectualiter intelligimus, secundum sig-
nificationes tuarum Qualitatum & qua-
litatum Angelorum, dæmones memo-
rari & intelligi ab Angelis, sed adeo
plena est memoria & intellectus & vo-
luntas ipsorum memoratione & intel-
ligentia & amore Tuî & sui ipsorum
& nostri, quòd non possit capi in sua
voluntate odium nec malevolentia erga
dæmones; quia, si Angeli odirent dæ-
mones, significaretur, quòd eslet male-
volentia in Angelis, ratione cuius pugna-
rent contra dæmones.

29. Sicut vas existens in profundo
maris est plenum aqua, ita, *Domine*,
& adhuc multò melius, sinè omni com-
paratio-

120 B. Raym. *Lulli Lib. Contempl. Vol. III,*
paratione, Angelī sunt pleni amore : igitur , licet ipsi memorent & intelligant dæmones esse peccatores & culpabiles, tamen non habent naturam odiendi eos nec habent naturam amandi eos, quoniam sunt peccatores & culpabiles ; & quod hoc ita sit , *Domine* , significatur per tuas Qualitates & per qualitates Angelorum & per qualitates dæmonum , quia Angelī non possunt nec debent odire ullam rem ratione magni amoris , qui est in eis ; & quia, si ipsi amarent dæmones, amarent res indignas amari, & tunc suus amor esset in defectu.

30. Quando tuus servus, *Domine Deus* , considero quomodo Angelī ratione magni amoris , qui est in eis non habeant naturam odiendi dæmones nec habeant naturam amandi eos , tunc significatur meæ animæ, quod , quia sua memoria & suus intellectus & sua voluntas non habent plenitudinem amoris , sit in ea ira & odium erga res dignas odiri & indignas amari : igitur, cum iste mundus , *Domine* , sit locus,

in

Lib. V. Dist. XXXIX. Cap. CCLXXVI. 123
in quo habet homo adeo vilem & cul-
pabilem memoriam & intellectum &
voluntatem , quando erit illa gloriosa
dies , in qua ibo ad amandum perfectè
in alio sæculo tuam gloriosam Essen-
tiam diyinam ?

CAPUT CCLXXVI.

*De Amore , quem beati Angeli habent
erga homines.*

1. a. **D**EUS magne, mirabilis, pie, plene
gratia ! Cùm nos , Domine ,
velimus inquirere magnum amorem ,
quem Angeli habent erga nos, oportet ,
quòd eum inquiramus cum memoria &
intelligentia & voluntate , quæ sunt in
Angelis & in nobis , & hanc inquisitio-
nem oportet fieri in *quatuor* rebus, qua-
rum *prima* est tua gloria Deitas, *secun-*
da tua beata Humanitas, *tertia esse* Ange-
licum, & *quarta nostrum esse*.

2. Unde , sicut homo per scalam des-
cendit à locis altis de gradu in gradum ,
ita ,

122 B. Raym. *Lulli Lib. Contempl. Vol. III.*
ita, *Domine*, Angeli amant tuam Deitatem super omnia, & per virtutem amoris, quam recipiunt amando tuam Deitatem, amant tuam Humanitatem & postea se ipsos & postea nos; sed suus amor est ita in eis, quod nequaquam mutetur in quocumque loco & tempore sint, & hoc est ratione magnæ virtutis, quam Tu posuisti in memoria & intellectu & voluntate ipsorum.

3. *Gloriose Domine!* Sicut nostra materia corporalis per culpam corrupta formam, ita homo per suum defectum non potest simul memorare & intelligere & velle id, quod Angeli simul memorant & intelligunt & volunt; &, sicut materia intellectualis per magnam dignitatem, quam habet in se, non privat formam intellectualis, ita, *Domine*, Angeli sunt adeo perfecti & completi amore, quod uno tempore amant Te & tuam Humanitatem & se ipsos & nos, & similem amorem haberemus nos, si in nobis non esset peccatum, per quod habemus corruptam memoriam & intellectum & voluntatem.

4. b.

Lib. V. Dist. XXXIX. Cap. CCLXXVI. 123
4. b. *O benigne Domine, qui beatificas tuos benevolos!* Prima res, in qua inquirimus amorem, quem Angeli habent erga nos, est *tua Deitas*, & hanc inquisitionem volumus facere in ipsa per compositionem quatuor clementorum, quæ significando suas qualitates, dirigunt nostrum intellectum in hac inquisitione: unde dicimus, quod aër recipiat calorem ab igne & aqua humiditatem ab aëre, & terra frigiditatem ab aqua, & ignis siccitatem à terra, & propterea hæc quatuor clementa componant corpus, ita quod unum non possit esse sine aliis nec prius, quam alia, licet corpus recipiat majorem quantitatem unius clementi, quam aliorum.

5. Unde, quando nostra anima, *Domine*, hoc ita considerat, tunc percipit & intelligit, quod, sicut uno tempore elementa componunt corpus, & in corpore non est unum clementum sine aliis, ita Angeli uno tempore memorent & intelligent & ament tuam Deitatem & tuam Humanitatem & se ipsos & nos, quia,

quia , sicut in corpore elementato uno tempore capiuntur ista quatuor elementa, ita in Angelis uno tempore capiuntur prædicti quatuor amores ; sed, sicut ignis est super aërem & aér super aquam & aqua super terram , ita in Angelis est amor tuæ Deitatis super omnes alios amores, & amor tuæ Humanitatis super amorem suî ipsorum , & amor suî ipsorum super amorem , quem habent erga nos , eò quòd in hoc mundo non simus digni tantum amari , quantum ipsi.

6. Igitur , sicut corpus elementatum est subiectum, in quo sunt simul caliditas & humiditas & frigiditas & siccitas & sinè ipsis quatuor qualitatibus ipsum non posset componi ex materia & forma , ita , *Domine , esse* Angelicum est subiectum, in quo est amor , quo Angeli continuò sinè ulla cessatione amant tuam Deitatem & tuam Hmanitatem & se ipsos & nos ; quia , nisi ita esset, significaretur , quòd memoria & intellectus & voluntas Angelorum non haberent perfectionem ; & , si ita esset, signifi-

Lib. V. Dist. XXXIX. Cap. CCLXXXVI. 125
significaretur nostro intellectui in tuis
Qualitatibus esse defectum , quod est im-
possible , cùm in Te non possit esse ullus
defectus.

7. c. *O misericors Domine , in quo mea
anima confidit & sperat !* Intellectuali-
ter intelligimus Angelos memorando &
intelligendo & amando tuam Unitatem
& tuam Trinitatem recipere à tua Dei-
tate gratiam & benedictionem, per quam
memorant & intelligunt & amant ho-
minem in quantum est unus & est tres res,
scilicet corpus & anima & spiritus , &
animam in quantum est una & est tres
res, scilicet materia & forma & conjunc-
tio intellectuales , & corpus in quantum
est unum & est tres res, scilicet materia
& forma & conjunctio sensuales.

8. Igitur , quia memoria & intel-
lectus & voluntas Angelorum fruuntur
tua Unitate & Trinitate , propterea An-
geli memorant & intelligunt & amant
nos in unitate substantiæ & in tribus
rebus ipsius substantiæ , licet sit valde
magna diversitas inter Unitatem & Tri-
nitatem,

126 B. Raym. Lulli Lib. Contempl. Vol. III^o
nitatem , quam memorant & intelligunt
& amant in tua Deitate, & unitatem &
trinitatem , quam memorant & intelli-
gunt & amant in nobis.

9. Unde , sicut homo valde ferventer
inamoratus memorat id , quod amat,
quando videt aliquas res similes rei a-
matæ , ita , *Domine* , Angeli sunt adeo
ferventer inamorati de tua Deitate, quæ
est una in tribus Personis , quòd quem-
libet nostrum , qui sumus una substan-
tia in tribus rebus, valde ferventer a-
ment : igitur , sicut amicus amat simi-
litudinem , quæ ci significat rem ama-
tam, ita Angeli amant nos , qui, in quan-
tum sumus una substantia in tribus re-
bus , significamus eis tuam sanctam Dei-
tatem in Unitate Substantiarum & Trinita-
te Personarum.

10. d. *Rex regnans super omnes aquas*
& terras & cælos ! Intellectualiter in-
telligimus , *Domine* , quòd Angeli me-
morent & intelligent & ament Quali-
ties tuæ perfectæ Deitatis , & per hoc
significatur nostro intellectui , quòd per
amo-

Lib. V. Dist. XXXIX. Cap. CCLXXXVI. 127
amorem , quem Angeli habent erga tu-
am Bonitatem, sint boni , & per amo-
rem , quem habent erga tuam Sapien-
tiam, sint sapientes , & per amorem ,
quem habent erga tuam Justitiam, sint
justi , & sic de aliis tuis Qualitatibus:
igitur , cùm Angeli sint boni & sapien-
tes & justi & amatores , significatur ,
quòd ipsi ament nos : quia , si non a-
marent nos , significaretur , quòd non
essent boni nec sapientes nec justi nec
amatores ; & , si tales non essent , signifi-
caretur defectus in eis.

i i. Unde , sicut Angeli , *Domine* ,
amant hominem , quia est unus & est
tres res & per unitatem & trinitatem ,
quæ est in eo , significat tuam Unitatem &
Trinitatem , ita amant ipsum , quia est
bonus & sapiens & justus & misericors ,
cò quòd significet tuas Qualitates , & ,
in quantum homo est melior & habet
perfectiores virtutes , in tantum plùs signi-
ficat tuas Qualitates , & in quantum plùs
eas significat , in tantum plùs amatur &
custoditur ab Angelis.

i 2. Un-

12. Unde , in quantum significatur nostræ animæ , *Domine* , magnus amor , quem Angeli habent erga nos , in tantum significatur ei , quod simus obligati ad amandum Angelos ; quia , sicut Angeli amant hominem , quia homo significat tuam Unitatem & Trinitatem demonstrando sc ipsum , & significat tuas Qualitates essendo virtuosus , ita homo amans Te debet amare Angelos , quia eorum substantia est una & est in tribus rebus , & quia habent magnas virtutes , per quas significant tuam Unitatem & Trinitatem & perfectionem tuarum Qualitatum .

13. c. *Excellens Domine super omnes altitudines & nobilitates ! Secunda res , in qua inquirimus amorem , quem Angeli habent erga nos , est tua gloria Humanitas : unde dicimus , quod intellectualiter intelligamus Angelos memorare & intelligere & amare tuam Humanitatem , & per magnam virtutem , quæ oritur in eorum memoria & intellectu & voluntate quando contemplantur in ea , valde ferventer memo-*

Lib. V. Dist. XXXIX. Cap. CCLXXVI. 129
memorare & intelligere & amare nos,
qui sumus in natura similes tuæ virtuosæ
Humanitati.

14. Nam , sicut Angeli , *Domine* ,
habent naturam & rationem amandi se
ipsos, memorando se esse in natura si-
miles tuæ animæ valde memoratæ &
intellectæ & amatæ ab eis , ita habent
naturam & rationem amandi nos , me-
morando & intelligendo & amando
nostram animam esse in natura simi-
lem tuæ & nostrum corpus esse in na-
tura simile tuo : igitur , sicut tua hu-
mana Natura facit Angelos amare se
ipsos per hoc, quòd ipsi eam ament , ita
facit eos amare nos per hoc , quòd si-
mus ei similes in natura.

15. Sensualiter sentimus & intellec-
tualiter intelligimus , *Domine* , natura-
le esse homini amanti amare rem ,
quam suus amatus amat : igitur , cùm
hoc ita sit , & significetur nostro intel-
lectui Angelos memorare & intelligere ,
quòd tua Humanitas adeo amat nos ,
quòd ad salvandum nos voluerit mori ,

I

per

130 B. Raym. Lulli Lib. Contempl. Vol. III
per hoc significatur ipsi valde mag-
num esse amorem , quem Angeli ha-
bent erga nos , quoniam sumus adeo
amati à Te & quoniam ipsi amant adeo
magno amore tuam Humanitatem gra-
tiosam.

16. f. *O Domine Deus , qui adimples omnia, quæ promitis ! Tertia res , in qua inquirimus amorem , quem Angeli ha-
bent erga nos, est esse angelicum : unde dicimus , quòd intellectualiter intelli-
gamus Angelos memorare & intellige-
re nostram animam esse in natura si-
milem eis ; quia , sicut ipsi sunt sub-
stantia, quæ est ex materia & forma in-
tellectualibus , ita nostra anima est sub-
stantia , quæ est ex materia & forma in-
tellectualibus ; & sicut substantia an-
gelica est memorativa & intellectiva &
amativa , ita substantia nostræ animæ
est memorativa & intellectiva & a-
mativa.*

17. Igitur , cùm sensualiter sentia-
mus & intellectualiter intelligamus na-
turale esse amori esse inter individua,
quæ

Lib. V. Dist. XXXIX. Cap. CCLXXVI. 131
quæ sunt unius generis & unius speciei , per hoc significatur , *Domine*, quòd Angeli ament nos valde magno amore, eò quòd nostra anima sit eis similis in natura : igitur , cùm bestiæ & homines peccatores sequantur suam naturam & proprietatem in amando sibi similes , quantò plùs Angeli amant nos , cùm ita sit , quòd ipsi sint creaturæ valde rationabiles & valde sanctæ & sapientes & perfectæ ?

18. *Gloriose Domine ! Sicut Angeli amant hominem per hoc , quòd sua voluntas non sit contraria suæ memoriaræ & suo intellectui , ita per contrarium dæmones odiunt hominem per hoc , quòd sua voluntas odiat id , quod sua memoria memorat & suus intellectus intelligit in homine ; & propterea dæmones valde odiunt hominem , eò quòd valde memorant & intelligent ipsum ; quia , in quantum memoria eis sufficit ad memorandum & intellectus ad intelligendum hominem , in tantum sua voluntas extenditur ad odiendum eum: igitur , cùm quili-*

132 B. Raym. *Lulli Lib. Contempl. Vol. III.*
quilibet dæmonum habeat majorem po-
testatem memorandi & intelligendi, quām
omnes homines in hoc mundo, quis
est, qui posset æstimare magnam ma-
levolentiam, quam dæmones habent con-
tra hominem?

19. g. *Virtuose Domine super omnes
virtutes, potens super omnes vires!* In-
tellectualiter intelligimus, quòd, si-
cut in dæmonibus memoria & intel-
lectus habent virtutem per creationem,
ita voluntas accidentaliter per culpam
& peccatum & per secundum motum,
per quem incedit, habeat malevolentiam
ad omne id, quod ipsi memorant &
intelligunt de tua Deitate & de tua
Humanitate & de Angelis & de nostris
animabus & de omnibus rebus, quia,
in quantum memorant & intelligunt,
in tantum odiunt.

20. Unde, quando Tu, *Domine*, cre-
asti Angelos, qui nunc sunt dæmones,
tunc sua memoria memoravit & suus in-
tellectus intellectus intellexit Te eos creasse, & prop-
terea sua memoria non perdidit virtu-
tem

tem memorandi nec suus intellectus virtutem intelligendi; sed, quia sua voluntas voluit esse Tibi similis, propterea perdidit accidentaliter suam virtutem, & ideo odit quidquid sua memoria memorat & suus intellectus intelligit; &, quia à memoria & intelligentia dæmonum non exivit bona voluntas quando fuerunt creati, propterea sunt puniti in tantum, quod voluntas sit contraria memoriæ & intellectui, & ideo dæmones sunt inversi & perversi contra suam naturam per culpam & peccatum: igitur, cum hoc ita sit, propterea creasti, *Domine*, hominem, qui est arbor inversa, ut possideat gloriam, quam dæmones perderunt.

21. Igitur, quia dæmones, *Domine*, memorant & intelligunt nos esse tuas creature & esse destinatos ad gloriam, quam ipsi perdiderunt, & memorant & intelligunt se non posse facere ullum damnum. Tibi nec Angelis nec ulli rei, nisi nobis tantum, & sua voluntas

134 B. Raym Lulli Lib. Contempl. Vol. IV.
luntas est adeo magna in ordine ad
malum , per hoc significatur , quòd
dæmones habeant valde magnam ma-
levolentiam contra nos , ratione cuius
conantur , quantum possunt , nobis face-
re malum.

22. h. *Potens Domine, gratiose, plene pie-
tate & misericordia ! Quarta res, in qua
inquirimus amorem , quem Angeli ha-
bent erga nos , est esse humanum : unde
dicimus , quòd intellectualiter intelliga-
mus Angelos memorare & intelligere non
esse in hoc mundo ullam creaturam, quæ
tantum valeat , quantum homo : igitur,
cùm voluntas Angelorum habeat natu-
ram & proprietatem amandi id , quod
eorum memoria memorat & intellectus
intelligit esse nobile & bonum , per hoc
significatur nostro intellectui , quòd An-
geli ament nos.*

22. In hoc , quòd Angeli memo-
rent & intelligent , *Domine* , nos esse tu-
as creature & esse creatos ut Te cog-
noscamus & laudemus & adoremus &
benedicamus & Tibi serviamus , signi-
ficatur,

Lib. V. Diff. XXXIX. Cap. CCLXXVI. 135
ficatur, quòd ipsi ament nos valde mag-
no amore; quia adeo magna est prima
intentio, quam habent in amando Te,
quòd secunda intentio, quam habent
in amando nos, sit eis valde magna cau-
sa amandi nos, eò quòd sit eis valde mag-
na ratio multiplicandi magnum amorem,
cùm, secundum quod est magnus amor,
quem habent erga Te, sit magna prima
intentio, quam habent in amando Te,
&, secundum quod ipsa est magna, opor-
teat esse magnam secundam intentionem
in amando nos.

24. Unde benedictus sis, *Domine DE-*
US, quia adeo occasionati sunt Angeli
ad amandum nos, quòd propterea nos
adjuvent in nostris pressuris & tribulatio-
nibus & nos dirigant in viam veritatis;
&, si ipsi non juvarent nos, nemo nos-
trum posset se defendere à dæmone, qui
est noster mortalis inimicus, nec pos-
semus facere tantum bonum, quantum
facimus, nec evitare tantum malum,
quantum evitamus.

25. i. *Adjutor Domine, humilis, grato se!*
Intel-

136 B. Raym. *Lulli Lib. Contempl. Vol. III.*
Intellectualiter intelligimus Angelos me-
morare & intelligere nostra peccata , si-
cut sanctus Michaël , qui memorat & in-
telligit peccata , quæ fecit & facit Pe-
trus ; quia , nisi ea memoraret & intel-
ligeret , non haberet perfectam memo-
riam & intelligentiam , & dæmon , qui
adjuvat ad faciendum peccata, haberet
perfectiorem memoriam & intelligenti-
am , quam sanctus Michaël , quod est
impossibile.

26. Et , licet Angeli , *Domine*, me-
morent & intelligent homines peccato-
res , tamen sua voluntas non odit eos;
quia , si eos odiret , ipsi eos non adju-
varent contra dæmones , sed verum est,
quod Angeli non amant opera , quæ fa-
ciunt peccatores, licet ament omnia, quæ
Tu in eis creasti.

27. Nam , si Angeli , *Domine*, in ho-
minibus peccatoribus non amarent cor-
pus & animam , quæ sunt tuæ crea-
turæ , voluntas eorum esset contraria
memoriæ & intellectui, cùm ipsorum me-
moria memoret & intellectus intelligat
cor-

Lib. V. Dist. XXXIX. Cap. CCLXXVI. 137
corpus & animam hominum peccato-
rum esse tuas creaturas : igitur , cùm
voluntas Angelorum non possit esse con-
traria memoriæ & intellectui ipsorum,
Angeli amant peccatores , quantum
ad speciem & substantiam in qua sunt,
& solum non amant mala opera , quæ
ipsi faciunt incedendo per secundum
motum .

28. h. *O Domine DEUS , qui es the-
saurus meæ animæ & complementum meo-
rum amorum ! Intellectualiter intelligi-
mus malevolentiam & odium significa-
re passionem & defectum : igitur , si An-
geli haberent malevolentiam contra ho-
mines peccatores , haberent passionem
& defectuosam voluntatem & illis no-
cerent & facerent damnum ; & , si ita
esset , nullus homo peccator haberet li-
beram voluntatem relinquendi peccata
& faciendi bona opera , quia ratione
magnæ fragilitatis , in quam cadit homo
per peccata , & ratione magnæ malevo-
lentiæ , quam dæmones habent contra
ipsum , & ratione malevolentiae , quam*
An-

Angeli haberent conta ipsum , nullus homo peccator posset exire à peccato nec posset facere bona opera : igitur, cùm multi peccatores emendentur & faciant bona opera , per hoc significatur, quòd Angeli non habeant malevolentiam contra ipsos.

29. Igitur , cùm hoc ita sit , per hoc significatur , *Domine*, magnus amor, quem Angeli habent erga homines justos , qui sunt in pœnitentia & sinè peccato ; quia , si ipsi amant peccatores quantum ad eorum esse , licet non ament eorum peccata, quis posset æstimare magnum amorem , quem habent erga homines, qui non peccant & qui faciunt bonum quod possunt ?

30. *Pie Domine* ? Adeo sunt Angeli perfecti in amore , & adeo sunt directi in amando , quòd non ament ullam rem, nisi secundùm quod convenit, nec ullam rem dignam amari obliviscantur aut ignorent aut non ament : igitur, amor ipsorum non est similis amori mei peccatoris , quia ego si aliquis mihi faciat

Lib. V. Dist. XXXIX. Cap. CCLXXVI. 139
ciat aliquid , quod mihi displiceat, sta-
tim excitor ad odiendum corpus & ani-
mam illius, quæ sunt tuæ creaturæ; sed
non est ita , *Domine* , de Angelis,
quia non disamant nisi opera pec-
cati : igitur , cùm Angeli habeant a-
deo magnam directionem in aman-
do , & homo sit in hoc mundo adco
indirectus in amando , quando erit illa
dies, in qua mea anima ibit ad aman-
dum Angelos amore simili amori ipso-
rum in præsentia tuæ gloriosæ Gloriarum
divinæ ?

CAPUT CCLXXVII.

*Quomodo homo amet DEUM in hoc
mundo & in alio.*

i. a. **O** *DEUS* , qui es *Amor meorum
amorum & placitum meorum
placitorum* ! Cùm nos velimus inquire-
re amorem , quem homo habet erga
tuam sanctam Deitatem gloriosam, opor-
tet , *Domine* , quod hanc inquisitionem
facia-

140 B. Raym. Lulli Lib. Contempl. Vol. III.
faciamus memorando & intelligendo &
amando tres tuarum Qualitatum , quæ
sunt Infinitas & Æternitas & Perfectio,
& hanc inquisitionem oportet fieri in
tribus rebus , quæ sunt tua gloriosa Sub-
stantia & tuæ simplices Personæ & tuæ
perfectæ Qualitates.

2. Nam , in quantum nostra anima,
Domine , poterit memorare & intellige-
re tuam Substantiam & tuas Personas
& tuas Qualitates , in tantum poterit
amare tuam gloriosam Essentiam divi-
nam in sua Unitate & in sua Trinita-
te & in suis Qualitatibus, secundùm quod
poterit memorare Infinitatem & Æterni-
tatem & Perfectionem earum.

3. Nam , sicut forma extenditur &
magnificatur , secundùm quod materia
crescit & multiplicatur in corpore ele-
mentato per generationem , ita sig-
nificantur , *Domine* , quòd voluntas &
amor , quem homo habet erga Te, sit
magnus, secundum quod memoria & in-
telligentia magnificantur in contemplan-
do Infinitatem & Æternitatem & Per-
fectio-

Li. V. Dist. XXXIX. Cap. CCLXXVII. 141
fectionem , quæ sunt in tua divina Es-
sentia virtuosa : igitur , cùm hoc ita sit ,
qui vult habere magnum amorem erga
tuam Deitatem , oportet , quòd magni-
ficet suam memoriam in multum me-
morando & suum intellectum in multum
intelligendo eam.

4. b. *O Domine DEUS , in quo mea de-
sideria & meæ considerationes vigilant &
stant !* Intellectualiter intelligimus , quòd
anima hominis memoret & intelligat tu-
am simplicem Substantiam esse infinitam
& æternam & perfectam : igitur , in quan-
tum ipsa hoc memorat & intelligit , in
tantum memorat & intelligit amorem ,
quem sua voluntas habet erga tuam glo-
riosam Substantiam.

5. Unde , quando anima hominis ,
Domine , memorat & intelligit se non
sufficere ad memorandum & intelligen-
dum totam Infinitatem & Æternitatem
& Perfectionem tuæ Substantiæ , tunc me-
morat & intelligit amorem , quem ha-
bet erga ipsam , esse finitum & termi-
natum ratione memoriæ , quæ non po-
test

142 B. Raym. Lulli Lib. Contempl. Vol. III.
test memorare, & intellectus, qui non po-
test intelligere totam Infinitatem & Æ-
ternitatem & Perfectionem ipsius.

6. *Gloriose DEUS!* Quando anima me-
morat & intelligit se non memorare nec
intelligere tota die & nocte Infinitatem
nec Æternitatem nec Perfectionem tuæ
Substantiæ, & memorare & intelligere
alias res, tunc memorat & intelligit,
quòd sua voluntas non fruatur conti-
nuò & assiduè tuâ gloria Essentia a-
mando eam: igitur, dum anima, *Domi-
ne*, non fruitur Te memorando & intel-
ligendo & volendo, sunt in defectu sua
memoria & suus intellectus & sua vo-
luntas, in quem defectum cecidit hu-
mana species accidentaliter per pecca-
tum primi parentis, quia, si Adam non
peccasset, nulla Anima hominis separaret
suam memoriam nec suum intellectum
nec suam voluntatem à Te.

7. c. *Sapiens Domine in omnibus rebus,
potens in omnibus potestatibus!* Intellec-
tualiter intelligimus, quòd nostra me-
moria in alio sæculo non habebit im-
pedi-

Li. V. Dist. XXXIX. Cap. CCLXXVII. 143
pedimentum in memorando tuam. Infini-
nitatem & Aeternitatem & Perfectio-
nem nec intellectus in intelligendo eas,
imò anima justa perfectè memorabit &
intelliget ipsas in tua Substantia infinita
& æterna & perfecta.

8. Unde, quia memoria & intel-
lectus perfectè fruuntur in gloria, *Do-
mine*, infinite & æternitate & per-
fectione tuæ Substantiæ, propterea vo-
luntas perfectè amat in tua Substantia
id, quod memoria in ea perfectè me-
morat & intellectus perfectè intelligit:
igitur, cùm hoc ita sit, per hoc sig-
nificatur, quòd amor, quem habemus
in hoc mundo erga tuam Substantiam,
sit valde parvæ quantitatis in compa-
ratione amoris, quem anima gloria
hominis justi habet erga ipsam in glo-
ria.

9. Unde benedictus sis, *Domine DE-
US*, qui adeo ordinatè posuisti volun-
tatem hominis in hoc mundo in li-
bertate amandi Te, ut possit habere me-
ritum gloriæ vel pœnæ; quia, si memo-
ria

144 B. Raym. Lulli Lib. Contempl. Vol. III.
ria in hoc mundo haberet tantam vir-
tutem memorandi Te , quantam habet
in alio , & intellectus tantum Te intel-
ligeret in hoc mundo, quantum in alio,
voluntas non haberet libertatem facien-
di bonum nec malum , nec esset ulla
voluntas , quæ aliud amaret nisi Te, quo-
niam memoria & intellectus non essent
nisi in Te; & si ita esset, iste mundus esset
inordinatus , eò quòd homo in eo non
lucraretur meritum, per quod esset dig-
nus perburabili beatitudine.

10. d. *O Lumen omnium luminum &*
Splendor omnium splendorum ! Intellec-
tualiter intelligimus , Domine , fideles
Christianos memorando & intelligendo
contemplari in tuis tribus Personis, tunc,
quando fruuntur Paternitate & Filia-
tione & Processione , quæ sunt in tua
sancta Deitate unita ex tribus Per-
sonis infinitis & æternis & perfectis in
una Infinitate & Æternitate & Perfec-
tione.

11. Quia quælibet tuarum trium Per-
sonarum , Domine , est infinita & æterna
&

Li. V. Dist. XXXIX. Cap. CCLXXVII. 145
& perfecta, & anima hominis est finita in sua memoria & in suo intellectu & in sua voluntate, propterea non est de natura tuarum Personarum, neque de natura trium virtutum animæ, quòd fruitio, quam anima habet in tua Trinitate sit adeo magna sicut sunt Infinitas & Æternitas & Perfectio ipsius Trinitatis, quoniam, si adeo magna esset, oporteret, vel quòd tuæ Personæ essent finitæ, vel quòd virtutes animæ essent infinitæ, & utrumque est impossibile.

12. Igitur, cùm hoc ita sit, secundùm hoc significatur, *Domine*, quòd nostra anima non possit sufficere ad tantum memorandum nec intelligendum nec amandum, quantum tua sancta Trinitas est infinita & æterna & perfecta. Et adhuc ultra nostra anima, *Domine*, est adeo occupata in delectationibus hujus mundi & est adeo corrupta per peccatum in sua memoria & in suo intellectu & in sua voluntate, quòd propterea potestatem memorandi & in-

K telli-

146 B. Raym. *Lulli Lib. Contempl. Vol. III.*
telligendi & amandi tuam Trinitatem,
quam habet in potentia, non velit duce-
re in actum ratione potestatis, quam
habet actualiter in memorando & in-
telligendo & amando vanitates & mi-
serias hujus mundi, per quas oblitus-
citur & ignorat tuam gloriosam Trini-
tatem.

13. e. *Misericors Domine, pie, gloriose!*
Intellectualiter intelligimus, quod in alio
sæculo habeat anima majorem vir-
tutem memorandi & intelligendi Pater-
nitatem & Filiationem & Processionem,
quæ sunt in tua Trinitate, quam ha-
beat in hoc sæculo, quia in alio habet
applicatam totam virtutem & omnes vi-
res, quæ sunt ei datæ per creationem,
& in isto non, & propterea in hoc sæ-
culo non habet anima dum est in cor-
pore tantam memoriam & intelligen-
tiæ de Infinitate & Æternitate & Per-
fectione tuæ Trinitatis, quantam habet
in alio.

14. Igitur, quia in alio sæculo, *Do-
mine*, non habet anima ullum impedi-
mentum

Li. V. Dist. XXXIX. Cap. CCLXXVII. 147
mentum in memorando & intelligendo
tuam gloriosam Trinitatem , propterea
exit à sua memoria & intelligentia adeo
magnus amor in amando ipsam , quòd
tota sua voluntas sit in amore, sicut to-
tus ignis est in calore ; sed , quia in hoc
sæculo ipsa habet multa impedimenta
in memorando & intelligendo tuam
sanctam Trinitatem , propterea voluntas
non potest esse perfectè in contempla-
tione & amore ipsius, respectu perfectio-
nis , quam habet in alio sæculo.

15. *Gloriose Domine !* Ratio , quare
infideles generaliter concordant in cre-
dendo tuam Unitatem , est, quia putant
honorare Te , credendo Te esse unum;
sed , quia putant inhonorare Te , si cre-
derent esse tres Deos , propterea dubi-
tant credere tuam Trinitatem : igitur
ratio , quare generaliter in hoc mundo
errantes nolunt credere tuam Trinita-
tem & credunt tuam Unitatem , est, quia
homines in hoc mundo habent defectum,
ratione cuius non sciunt tantum amare
Te per Unitatem , quantum per Trini-
tatem,

148 B. Raym. Lulli Lib. Contempl. Vol. III.
tatem , & iste defectus venit à defectu
memoriæ & intelligentiæ ; sed in alio
sæculo non est ita , quia æquè perfectè
habet anima suam memoriam & suum
intellectum & suam voluntatem in tua
sancta Trinitate, sicut in tua gloria U-
nitate.

16. f. *Æterne Rex gloriæ , qui es Rex
omnium Regum & Gloria omnium gloria-
rum ! Intellectualiter intelligimus, Domi-
ne , animam hominis in hoc mundo
contemplari in tuis Qualitatibus memo-
rando & intelligendo eas ; & , secun-
dùm quòd ipsa conatur impendere to-
tam virtutem suæ memoriæ ad memo-
randum & tam virtutem sui intellec-
tus ad intelligendum tuam Potestatem &
Sapientiam & Voluntatem & Justitiam
& Misericordiam & alias tuas Qualita-
tes , sua voluntas amat tuam gloriosam
Essentiam divinam.*

17. Sed , quia memoria & intellec-
tus nostræ animæ , *Domine* , non habent
tantam virtutem , quòd totam Infinita-
tem & Æternitatem & Perfectionem tuæ
Potes-

Li. V. Dist. XXXIX. Cap. CCLXXVII. 149
Potestatis & aliarum tuarum Qualitatum possint comprehendere, propterea voluntas non potest tantum amare Te in tuis Qualitatibus, quantum Tu es dignus amari in eis & per eas.

18. Si nostra anima, *Domine*, haberet virtutem & proprietatem, per quam posset tantum memorare & intelligere & amare tuas Qualitates, quanta est Infinitas & Æternitas & Perfectio earum, significaretur, quòd Tu creasses animam in virtute æqualem Tibi, & hoc est impossibile: igitur, quia homo non recepit virtutem adeo magnam in creatione, sicut sunt magnæ tuæ Qualitates, & sua virtus est accidentaliter corrupta per peccatum, ratione cuius corruptionis memoria non habet tantam virtutem memorandi nec intellectus intelligendi, quam habarent, si peccatum non esset, per hoc significatur humano intellectui, quòd nostra voluntas in hoc mundo sit valde parva in amando tuas Qualitates, secundùm respectum & relationem dignitatis earum.

19. g. *Patiens Domine , plene amore & pietate!* Si in hoc mundo nostra anima est impedita & turbata in memorando & intelligendo & amando Infinitatem & Æternitatem & Perfectionem tuarum Qualitatum , in alio sæculo non est ita, quia anima glorificata est adeo virtuificata & aggratiata in sua memoria & in suo intellectu & in sua voluntate memorando & intelligendo & amando Infinitatem & Æternitatem & Perfectionem illarum , quòd amor hujus mundi sit nihil in comparatione amoris alterius sæculi .

20. *Glorioso DEUS!* Quando mea anima considerat Infinitatem & Æternitatem & Perfectionem tuarum Qualitatum, tunc significatur ei , *Domine*, quòd virtus & natura , quam recipit per creationem in sua memoria & in suo intellectu & in sua voluntate sit talis , quòd ex parte creationis non habeat naturam obliviscendi nec ignorandi nec non amandi ; quia , si eam haberet , significaretur in tuis Qualitatibus non esse Infinita-

Li. V. Dist. XXXIX. Cap. CCLXXVII. 151
finitatem nec Æternitatem nec Perfectio-
nem : igitur, per hoc significatur, quòd
anima per accidens proveniens à secun-
do motu recipiat naturam obliviscendi
& ignorandi & non amandi.

21. Unde benedictus sis, *Domine DE-*
US, quia , dum mea anima contempla-
tur in tuis Qualitatibus isto modo, tuæ
Qualitates ei significant, quòd in gloria,
in qua anima est purificata in sua me-
moria & in suo intellectu & in sua vo-
luntate , completè memoret sínè obli-
vione & intelligat sínè ignorantia & a-
met sínè carentia amoris ; quoniam, si-
cut vas plenum , in quo non potest plus
aquæ capi , ita est plena memoriâ &
intelligentiâ & amore in tantum , quòd
non possit in ea capi oblivio nec igno-
rantia nec malevolentia: igitur, cùm hoc
ita sit , beati erunt omnes, qui ita ama-
bunt tuas Qualitates , & miseri erunt, qui
in inferno adeo magno & nobili amore
erunt privati.

22. h. *Amabilis Domine , à quo mei a-*
mores non volunt nec possunt separari !
Quan-

152 B. Raym. Lulli Lib. Contempl. Vol. III.
Quando memoro & intelligo amorem,
quem homines erga Te habent in hoc
mundo , significatur meæ sensualitati
& meæ intellectualitati ipsum esse valde
parvum & miserum & defectuosum, quia
sensualiter sentimus & intellectualiter in-
telligimus homines uno tempore amare
Te & alio non, & pro aliquibus rebus a-
mare Te plús , quàm pro aliis.

23. Igitur , cum amor , quem homo
habet erga Te , *Domine* , in hoc mun-
do sit isto modo , significatum est ipsum
esse defectuosum in se ipso ; quia , si es-
set perfectus , non alteraretur nec minue-
retur per hoc , quòd hominem torque-
res & affigeres, nec cresceret pro uno do-
no , quod ei dares plús , quàm pro a-
lio, eò quòd sis adeo dignus amari, quòd
nostrā anima in tantum deberet se imple-
re tuo amore , quòd non posset ipsum
minuere nec augere.

24. Sed , quia nos , *Domine* , habe-
mus memoriam & intellectum & vo-
luntatem plús in vanitatibus & placitis
hujus mundi , quàm in Infinitate & Æ-
ternitate

Li. V. Dist. XXXIX. Cap. CCLXXVII. 153
ternitate & Perfectione tuarum Qualitatum, propterea, quando à Te petimus aliquam rem & eam nobis non das, non Te amamus tantum , quantum Te amaremus si eam nobis dares, & quò plus nobis placent res , quas nobis das, eò plus Te amamus ; sed , si nos habemus perfectionem in memoria memorando & in intellectu intelligendo Infinitatem & Æternitatem & Perfectiō nem tuarum Qualitatum , tunc Te amaremus tantum pro uno dono , quantum pro alio , & tantum si nobis dares id, quòd petimus , quantum si non dares, & tantum Te amaremus in uno tempore , quantum in alio.

25. i. *Misericors Domine , plene amore & placito !* Quando mea anima considerat amorem , quem Sancti in gloria habent erga tuam gloriosam Deitatem, tunc significatur ei per tuas Qualitates, quòd ille amor sit perfectus sínè ullo defectu , quia adeo plenam habent suam memoriam & suum intellectum & suam voluntatem Æternitatem & Infinitatem

154 B. Raym. *Lulli Lib. Contempl. Vol. III.*
tate & Perfectione tuarum Qualitatum,
quòd non desiderent plùs amare nec me-
morent nec intelligant in suo amore ul-
lum defectum.

26. *Gloriose Domine!* Si amor Sanc-
torum paradisi crescit quando ipsorum
gloria crescit per hoc , quòd crescant
bona , quæ fecerunt & tractaverunt in
mundo , non crescit, quin crescant me-
moria & intelligentia & voluntas ip-
sorum ; quia , si aliter cresceret , signi-
ficaretur , quòd ipsorum memoria esset
vacua amore , & idem esset de intel-
lectu & voluntate ; sed non est ita , *Do-
mine* , quia , sicut si aliquis extenderet
hydriam plenam aquâ ut plus aquæ pos-
set capere , ita Tu extendis virtutem
memoriæ plenæ memoratione & intel-
lectū pleni intelligentia & voluntatis
plenæ amore , ut anima possit plús
memorare & intelligere & amare & glo-
rificari.

27. *Juste Domine!* Sicut Tu auges
memoriam & intellectum & volunta-
tem animarum hominum justorum , se-
cundùm

Li. V. Dist. XXXIX. Cap. CCLXXVII. 155
cundūm quod in hoc mundo augentur bona, quæ sequuntur ex operibus, quæ ipsi fecerunt in eo, ita auges memoriā & intellectum & voluntatem animalium hominum peccatorum, quæ sunt in inferno, ut memoria & intellectus plús contrariantur voluntati & voluntas memoriæ & intellectui, & per hoc augeatur pœna carum, quæ eas puniat propter mala, quæ quotidie crescunt per mala opera, quæ fecerunt in hoc mundo: igitur, cūm hoc ita sit, beati sunt, qui in hoc mundo faciunt opera, ex quibus quotidie sequitur bonum, & miseri sunt, qui faciunt opera, ex quibus quotidie sequitur malum.

28. k. *O Domine Pessessor meæ memorie & mei intellectus & meæ voluntatis!*
Sicut argentum habet majorem virtutem, quam plumbum, & aurum, quam argentum ut extendatur & amplietur, ita memoria & intellectus & voluntas nostræ animæ habent majorem virtutem ut extendantur & amplientur contemplando tuas Qualitates, quam contemplando

156 B. Raym. Lulli Lib. Contempl. Vol. III.
plando qualitates creaturarum ; quia, si-
cut aurum per hoc , quòd sit nobilis
metallum , quàm argentum , potest plùs
ampliari & extendi , quàm ipsum ar-
gentum , ita anima hominis per hoc,
quòd habeat virtuosiorē memoriam &
intellectum & voluntatem fruendo tuis
Qualitatibus , quàm fruendo qualitati-
bus creaturarum , potest istas virtutes
plùs extendere & ampliare in tuis Qua-
litatibus , quàm in aliis.

29. Unde benedictus sis, *Domine DE-*
US ; quia sicut homo plangit propter
aliquod vulnus vel dolorem vel propter
famem vel sitim vel aliquam tribulatio-
nem , ita tuus servus plangit propter a-
morem , qui non dat suo cordi deside-
ria nec suspiria nec considerationes , nec
suis oculis ploratus & lacrymas tui a-
moris , nec suum os nominat nec lau-
dat nec orat nec honorat suum Creato-
rem modo quo vis amoris facit , quòd
eum laudent & honorent ferventes ama-
tores & servi ipsius.

30. *Gloriose DEUS ! Quò plùs mea*
ani-

anima conatur multum memorare & intelligere tuas honorationes & tuos valores, eò plus crescunt mei amores, & quò plus crescunt mei amores, eò maiores sunt mei languores & meæ considerationes, & quò plus meum cor & meum corpus & mea anima sustinent laborem pro tuo amore, eò plus delectatur mea anima in presuris & laboribus & doloribus, quos amor ei dat: igitur, cùm hoc ita sit, placitum mei amoris sunt dolores, quos amor mihi dat amando meum gloriosum DEUM.

CAPUT CCLXXVIII.

Quomodo homo in hoc mundo & in alio amet sanctam Humanitatem nostri Domini JESU CHRISTI.

I. a. **O** DEUS perfecte in omnibus perfectionibus & honorate in omnibus honorationibus! Cùm nos, Domine, velimus inquirere amorem, quem homo ha-

158 B. Raym. Lulli Lib. Contempl. Vol. III.
habet erga tuam sanctam Humanitatem,
oportet , quòd inquisitionem faciamus
in *tribus* rebus , quæ sunt tua Anima
& tuum Corpus & eorum Qualitates,
& hanc inquisitionem oportet fieri cum
tribus virtutibus animæ , quæ recipi-
ant significationes trium prædictarum
rerum , dum inquiremus prædictum a-
morem .

2. Nam , secundùm quod nostra a-
nima memorat & intelligit , *Domine* ,
tuum sanctum Corpus gloriosum & tu-
am virtuosam Animam & tuas Quali-
tates , potest sua voluntas amare tuam
gloriosam Humanitatem ; & , secundùm
quod ipsa obliviscitur & ignorat tuum
Corpus & tuam Animam & tuas Qualita-
tes , potest sua voluntas se convertere ad
amandum alias res .

3. Unde , cùm memoria & intel-
lectus hominis , *Domine* , non habeant
adeo magnam præparationem & direc-
tionem ad contemplandum tuam Hu-
manitatem in hoc mundo sicut in alio ,
per hoc significatur & demonstratur ,
quòd ,

Li. V. Dist. XXXIX. Ca. CCLXXVIII. 159
quòd , in quantum anima hominis ha-
bet majorem directionem & oportuni-
tatem memorandi & intelligendi in a-
lio sæculo , quàm in isto , in tantum
plùs amet ipsam in alio sæculo, quàm
in isto.

4. b. *Sapiens Domine in omnibus sapi-
entiis , gratiose in omnibus gratiis !* Sen-
sualiter sentimus & intellectualiter in-
telligimus , quòd judæi non ament tu-
am gloriosam Humanitatem , quia sua
memoria non eam memorat nec suus
intellectus eam intelligit in illa ho-
noratione & in illa virtute , in qua
ipsa est digna memorari & intelligi &
amari.

5. Igitur , quia memoria judæorum
non memorat nec intellectus intelligit,
Domine , tuam Humanitatem modo ,
quo ipsa debet memorari & intelligi,
propterea voluntas ipsorum non potest
eam anire ; & , quia memoria corum
putat memorare & intellectus intelli-
gere in tua Humanitate defectum &
corruptionem & peccatum , propterea

VO-

voluntas ipsorum odit eam & amat omnes illos, qui vilitatem & corruptionem ei attribuunt: igitur, quia tua sancta Humanitas gloria est digna honoratius & nobilius memorari & intelligi, quam omnes aliæ creaturæ, ut honoratius & nobilius ametur, & judæi inhonoratius & vilius eam memoriabant, quam ullam aliam creaturam, & plus eam ignorant & odiunt, propterea est dignum, quod memoria & intellectus & voluntas ipsorum sint viles & contemptibiles, quam ullorum aliorum hominum.

6. Unde, si Christiani, *Domine*, perfectè & honoratè memorarent & inteligerent & amarent tuam Humanitatem, memorarent & inteligerent vilitatem in qua judæi eam memorant, & inhonorationem quam ei faciunt; &, si ita esset, perfectè amarent tuam Humanitatem; &, si perfectè eam amarent, constringerent judæos ad memorandum & intelligendum id, quod in ea non memorant nec intelligunt,

ut

Li. V. Dist. XXXIX. Ca. CCLXXVIII. 161
ut eam amarent in hoc in quo eam,
odiunt.

7. c. *O Domine DEUS , qui meam me-
moriā suscepisti ad memorandum tuas
honorationes ! Sensualiter sentimus & in-
tellectualiter intelligimus Saracenos a-
mare tuam Humanitatem in hoc, quòd
credant & intelligent ipsam fuisse con-
ceptam de sancto Spiritu , & credant
ipsam in hoc mundo fuisse sinè omni
peccato ; sed per alium modum eam di-
famant in hoc quòd ei non attribuant
illam virtutem & sanctitatem, per quam
est melior & honoratior , scilicet con-
junctionem cum tua Deitate & reparatio-
nem totius mundi.*

8. *Unde , sicut significatur humano
intellectui , Domine , quòd Saraceni non
amēnt perfectè tuam Humanitatem , eò
quòd non credant in ea , id per quod
ipsa est perfectior & nobilior & meli-
or , ita per defectum , quem Saraceni
habent in amando tuam Humanitatem ,
significatur humano intellectui , quòd
Christianī non amēnt perfectè nec fer-*

L

ven-

162 B. Raym. *Lulli Lib. Contempl. Vol. III.*
venter ipsam, quæ est sua Restauratio;
quia, si perfectè eam amarent, adeo
memorarent & intelligerent & vellent
Saracenos perfectè eam amare, quòd
disputarent cum eis quoisque eos in-
ducerent ad videndum veritatem per
longas demonstrationes continuatas &
demonstratas per veras & necessarias ra-
tiones.

9. *Gloriose DEUS!* Adeo nobilis res
est memorare & intelligere Te esse ve-
rum DEUM & verum Hominem & esse
mortuum pro humano genere, in quan-
tum es homo, quòd ex tali memoria
& intelligentia deberet exire talis amor
& talis fervor ad amandum tuam Hu-
manitatem, quòd ratione hujus amoris
haberemus tantam charitatem erga Sar-
acenos, quòd non dubitaremus nec ti-
meremus cis demonstrare honorationem,
quam ipsa habet super omnes creatu-
ras; sed, quia Christiani, *Domine*, mo-
dicâ memoriâ & intelligentiâ fruuntur
tua Humanitate, propterea sua voluntas
non habet illum amorem & fervorem,
quem

Li. V. Dist. XXXIX. C^a. CCLXXVIII. 163
quem deberet habere ad honorandum
ipsam, & ideo permanent Saraceni in
suo errore & Tu es inhonoratus, in quan-
tum es Homo, in memoria & intellec-
tu & voluntate ipsorum, & in nobis
Christianis non est voluntas in illa per-
fectione, in qua deberet esse.

io. d. *O Domine, ad quem vadunt & à
quo veniunt mei amores & mea placita!*
Sensualiter sentimus & intellectualiter in-
telligimus in hoc mundo esse diversas
sectas, quæ non amant tuam sanctam
Humanitatem & quæ adorant solem
& bestias & serpentes & faciunt eis rever-
tentiam, quam deberent facere tux Dei-
tati & tux Humanitati.

ii. Igitur, cùm tua Humanitas, *Do-
mine*, non memoretur nec intelligatur
nec ametur ab omnibus illis gentibus, &
tota humana species sit obligata ad me-
morandum & intelligendum & aman-
dum eam, cò quod fuerit mortua &
sustinuerit laborem ad recreandum ip-
sam, per hoc significatur nostro intel-
lectui, quòd melius opus, quod ho-
mo

164 B. Raym. Lulli Lib. Contempl. Vol. III
mo posset tractare & procurare in hoc
mundo, esset facere, quòd memoraretur
& intelligeretur, & amaretur ars & mo-
dus, per quem illæ gentes Te memora-
rent & intelligerent & amarent, ut ha-
beres honorationem, quæ ad Te perte-
net, & non essent homines, qui soli &
bestiis & serpentibus darent honorem,
quem debent tibi dare.

12. Unde benedictus sis, *Domine DE-*
US; quia, sicut infideles non amant tu-
am Humanitatem, eò quòd habeant de-
fectum in memoria & intellectu & vo-
luntate suæ animæ, ita ipsi permanent in
sua ignorantia & defectu, eò quòd
Christiani non habeant illum fervorem,
quem deberent habere in amando tuam
sanctam Humanitatem, quæ tantum fe-
cit pro populo Christianorum, quòd
oneraverit & obligaverit memoriam &
intellectum & voluntatem ipsorum ad fa-
ciendum, quòd ipsa memoraretur & in-
telligeretur & amaretur ab omnibus po-
pulis, qui eam non memorant nec in-
telligunt nec amant.

I3. c.

13. e. *Bone Domine super omnes bonitatem, magne super omnes magnitudines!* Sensualiter sentimus & intellectualiter intelligimus in hoc mundo esse multos Christianos valde culpabiles & valde peccatores multis gravibus peccatis: igitur, cùm hoc ita sit, suæ graves culpæ significant, quòd ipsi non ament tuam Humanitatem, secundùm quod deberent: quia, si ita eam amarent, non amarent nisi id, quod ipsa amat, nec obliviscerentur rerum, quas ipsa memorat.

14. Unde benedicta sit, *Domine*, tua sancta Humanitas; quia, sicut pictor facit in pictura tot ornamenta & pulchritudines quot potest, ut videatur pulchra hominibus, ita tua sancta Deitas ornavit tuam sanctam Humanitatem & fecit eam in tali dispositione & in tali pulchritudine virtutum, quòd dignum sit eam à tota humana specie memorari & intelligi & amari, sed adeo magnus est defectus in nobis, quòd propterea obliviscamur id, quod deberemus memorare, & memoremus id, quod deberemus

166 B. Raym. Lulli Lib. Contempl. Vol. III.
bereimus oblivisci , & ideo amemus id,
quod non est dignum amari, & non ame-
mus id, quod est dignum amari.

15. *Pie Domine patiens!* Cùm in-
quisiverimus amorem , quem homo ha-
bet in hoc mundo erga tuam glorio-
sam Humanitatem , & non inveneri-
mus cum in Judæis , nec invenerimus,
quòd Saraceni eam ament amore per-
fecto , nec, quòd in Christianis pecca-
toribus sit ille amor , qui in eis debe-
ret esse , nec in hæreticis nec in ido-
lolatris nec in aliis sectis , quò ergo a-
biit magnus amor , quem omnes debe-
remus habere erga tuam sanctam Hu-
manitatem , quæ adeo nos amavit &
adeo caro pretio nos emit , & quæ adeo
magnum locum nobis præparavit apud
tuam divinam Misericordiam ?

16. f. *Gloriose Domine super omnes glo-
rias , misericors super omnes misericor-
dias ! Qui vult amare tuam gloriosam
& misericordem Humanitatem , opor-
tet , quòd memoret & intelligat & ve-
lit id , quod ipsa memorat & intelli-
git*

Li. V. Dist. XXXIX. Ca. CCLXXVIII. 167
git & vult , quia natura amoris est, quòd
amicus memoret & intelligat & velit
id , quod memorat & intelligit & vult
amatus .

17. *Igitur , cùm tua Humanitas, Domine ,* memoret & intelligat & amet
justitiam & misericordiam & fidelitatem
& patientiam & humilitatem & alias
virtutes ; oportet , quòd volens eam
amare, memoret & intelligat & amet
prædictas virtutes ; & , qui vult per-
fèctè amare tuam Humanitatem , opor-
tet , *Domine ,* quòd , sicut ipsa memo-
ravit & intellexit & amavit magnos
dolores & graves languores & angustio-
sam mortem , quam oportuit sustinere
pro nobis peccatoribus , ita ipse me-
moret & intendat velle & sustinere la-
bores & mortem , quam ipsa sustinuit
pro amore nostri.

18. *Virtuose Domine !* sicut tua glo-
riosâ Humanitas , dum erat in hoc
mundo inter nos , memoravit & in-
tellexit & voluit nos liberare à labori-
bus & eripere à manibus dæmonis ,
ita ,

ita , qui vult eam amare , oportet , quòd dum est in hoc mundo meino- ret & intelligat & velit eam laudare & honorare & adorare & invocare & preca- ri & ei servire & esse gratus.

19. g. *O Domine DEUS , qui sustines cælos & terras & maria & omnes crea- turas !* Sensualiter sentimus & intellec- tualiter intelligimus in nullo populo esse homines, qui adeo ament tuam hu- manam Naturam sicut in populo Christi- anorum, quia propter magnum amorem, quem Christiani habent erga ipsam, sunt plures homines ordinati & plures Reli- giosi in populo Christianornm , quàm in quolibet alio populo.

20. Igitur , cùm hoc ita sit , per hoc significatur , *Domine* , quòd Religiosi, in quantum habent suam memoriam & in- tellectum & voluntatem in tua Huma- nitate , in tantum sint meliores aliis ho- minibus ratione virtutis , quam recipi- unt sua memoria & intellectus & vo- luntas ab ipsa, memorando & intelligen- do & amando eam.

21. Sicut

21. Sicut homo extendit, quantum potest, pannum vel corium ut sufficiat ad id, quod desiderat, ita , *Domine* , beati Religiosi extendunt & ampliant quantum possunt suam memoriam & suum intellectum & suam voluntatem ad multum memorandum & intelligendum & amandum ea, quæ tua gloria Humanitas memorat & intelligit & amat , & propterea habent virtutem & fortitudinem super nos laicos in patientia & tribulationibus & in contemptu vanitatum & gloriarum mundanarum & in contemplatione cœlestis gloriæ.

22. h. *O Gloriosc DEUS , qui tuum servum dirigis in tuis laudibus & in tuis honorationibus ! Si est aliquis homo infirmus , qui velit esse sanus , & est aliquis homo non amatus , qui velit esse amatus , & est aliquis pauper, qui velit esse dives , & est aliquis inhonoratus , qui velit esse honoratus , veniat , Domine , ad memorandum & intelligendum & volendum id , quod memorat & intelligit & vult tua virtuosa Humanitas , quæ ha-*

170 B. Raym. *Lulli Lib. Contempl. Vol. III.*
habet tantam virtutem in se , quòd omnia bona det , & omnia mala alleviet omnibus , qui memorant & intelligunt & amant perfectè id , quod ipsa memorat & intelligit & amat.

23. Si aliquis homo est tristis & velit esse latus , & si aliquis est vilis & velit esse nobilis , & si aliquis perdit & velit lucrari , & si aliquis est debilis & velit esse fortis , & si aliquis est immundus & velit mundari & si aliquis est mortuus & velit habere vitam, habeat, *Domine*, in sua anima tuam benedictam Humanitatem memorando & intelligendo & amando eam , quia ipsa est fons omnis puritatis & munditiæ & omnis abundantia gratiæ & benedictionis omnibus illis , qui in ea confidunt & eam amant.

24. Unde Benedictus sis, *Domine Deus* , quia adeo est magna honoratio & virtus & gratia , quam dedisti tuæ gloriose Humanitati , quòd , sicut cereus bené ardens illuminat totam cameram vel sicut sol illuminat totum hunc mundum,

Li. V. Dist. XXXIX. Ca. CCLXXVIII. 171
duim, ita, & adhuc multò melius, tua
gloriosa Humanitas illuminet totam inc-
moriām, quæ eam memorat, & diri-
gat totum intellectum, qui eam intel-
ligit, & inamorat totam voluntatem,
quæ eam vult.

25. i. *Domine Rex gloriae, Adjutor om-
nium creaturarum!* Sicut sensualiter sen-
timus, quòd una gutta aquæ sit res mo-
dica in comparatione totius maris, ita
intellectualiter intelligimus, quòd amor,
quem in hoc mundo habemus erga tuam
gloriosam Humanitatem, sit res valde mo-
dica in comparatione amoris, quem
Sancti in gloria habent erga ipsam, que
est gloria gloriae eorum.

26. Nam adeo est nostrum corpus
corruptum, *Domine*, & adeo indiget
rebus sensualibus, quòd anima non pos-
sit habere magnam oportunitatem a-
mandi tuam Humanitatem, secundūm
quod eam habent Sancti paradisi, qui
non indigent rebus sensualibus nec habent
ullum impedimentum in memorando &
intelligendo & amando ipsam.

27. Igi-

27. Igitur gloria & laus sit Tibi,
Domine DEUS, & omni quod tuum
 est; quia, sicut per defectum potesta-
 tis in sapientia & virtute, habet homo
 potestatem peccandi, ita per hoc, quod
 in hoc mundo possit homo memorare
 & intelligere & amare alias res, quae
 non sunt tua Humanitas, est amor,
 quem habet erga ipsam, valde modicus
 in comparatione amoris, quem erga
 eam habent in gloria Sancti, qui non
 possunt eam non habere in sua me-
 moria & in suo intellectu & in sua
 voluntate.





28. k. *Rex Regum, Domine Dominorum!* Intellectualiter intelligimus tuam
 Humanitatem valere multò plus sine
 omni comparatione, quam omnes alias
 creaturas, & propterea eam esse dig-
 nam amari multò plus, quam omnes
 ipsas: igitur, cum hoc ita sit, per
 hoc significatur, quod omnis homo,
 qui velit tuam Humanitatem laudare
 apud infideles, debeat eam laudare
 plus ut ipsa laudetur & memoretur &
 intel-

Li. V. Dist. XXXIX. Cx. CCLXXVIII. 173
intelligatur & ametur, quām ut infideles convertantur; quia, in quantum tua Humanitas valet plūs, quām infideles, in tantum est homo obligatus ad habendum primam intentionem ad laudandum ipsam, & secundam ad convertendum infideles.

29. Igitur, cūm hoc ita sit, per hoc significatur, *Domine*, quòd nullus homo habens intentionem & voluntatem prædicandi infidelibus pro tuo amore sit excusatus, licet opinetur se non posse ullum convertere; quia major amor, quem ipse debet habere ad laudandum Te, quām ad convertendum errantes, eum obligat, in quantum est melius laudare tuam Humanitatem, quām convertere errantes; sed, quia multi homines parum amant tuam gloriosam Humanitatem, propterea, quando credunt se non posse convertere errantes, se reputant excusatos si eam non laudent apud ipsos.

30. Sicut homo, qui opinatur, quòd non converteret ullum errantium, licet

174 B. Raym. Lulli Lib. Contempl. Vol. III.
cet cis prædicaret & eos admoneret,
non est excusatus per hoc , quod opi-
natur , quia amor , quem debet habe-
re erga Te , Domine , cum obligat, ita
homo , qui timet mori , si tuam Hu-
manitatem laudet apud infideles , non
excusatur per suum timorem , quia
magnus amor, quem erga Te debet ha-
bere , eum obligat ad tantum aman-
dum , quòd propter timorem mortis
non debeat desistere à laudando ipsam,
quæ ad salvandum nos voluit mori:
igitur , cùm hoc ita sit , secundùm hoc
significatur , quòd adeo magnus sit a-
mor , quem homo erga Te debet ha-
bere , quòd nulla res eum excuset à
laudando nobilitatem & honorationem,
quam tua humana Natura recepit
& recipit à tua gloria Eſ-
ſentia divina .



CAPUT

*Quomodo homo sit obligatus ad amandum
omnia, quæ DEUS amat.*

1. a. **D**EUS sapiens, potens, cui sit gloria & honor semper! Per hoc, quod Tu, *Domine*, creaveris hominem ad amandum Te, significatur nostro intellectui, quod homo sit obligatus ad amandum omnia, quæ Tu amas, quæ obligatio est in memoria & intellectu & voluntate ipsius.

2. Sed, quia tua Voluntas, *Domine*, est virtuosior & potentior ad amandum plures res & ad amandum eas plús & perfectiùs, quam possit capi in nostra memoria & intellectu & voluntate, significatur nostro intellectui, quod homo non sit obligatus ad amandum ea, quæ Tu amas, nisi secundum virtutem & vires suæ memoriæ & sui intellectus & suæ voluntatis.

3. Igitur, quia nos, *Domine*, non possumus amare ea, quæ Tu amas, nisi secun-

176 B. Raym Lulli Lib. Contempl. Vol. III.
secundùm virtutem & vires , quas nos-
tra anima habet in sua memoria & in
suo intellectu & in sua voluntate, prop-
terea oportet , quòd loquamur & traçte-
mus in hoc Capite de virtute & viribus,
quas habemus in amando ea , quæ Tu a-
mas *in tua Deitate & in tua Humanitate*
& in tuis Qualitatibus & in tuis Operibus
& in tuis laudibus & in tuis honorationi-
bis & in Sanctis paradisi , & in virtu-
tibus & in creaturis.

4. b. *Vere Domine, plene virtute & gra-*
tia? Prima res, in qua intendimus lo-
qui de amore, est tua Deitas: unde di-
cimus, quòd intellectualiter intelliga-
mus tuam divinam Essentiam esse ex-
cellentem & nobilem & gloriosam &
bonam & perfectam in sua Unitate &
in sua Trinitate, & secundùm suam no-
bilitatem & honorationem debere ama-
ri à se ipsa; quia, si nos cùm simus
creatüræ debemus amare creatureas se-
cundùm valorem earum, quantò plus
Tu debes amare Te ipsum secundùm
tuum valorem, cùm sis Creator & no-
bilis

5. Igitur, quia Tu, *Domine*, es Amator Tui ipsius, & creasti hominem & ei dedisti tot dona & gratias, & tua Deitas est adeo digna amari, propterea est omnis homo obligatus ad memorandum & intelligendum & amandum tuam Deitatem; &, quia tua Deitas à Te multum amatur & est digna multum amari & multum dedit homini, propterea est memoria hominis obligata ad multum memorandum & intellectus ad multum intelligendum & voluntas ad multum amandum ipsam.

6. Igitur, quando anima hominis, *Domine*, potest memorare & non vult memorare, & potest intelligere & non vult intelligere, & potest amare & non vult amare tuam Unitatem, & affirmat duos Deos esse, unum bonum & aliud malum, vel affirmat tuam gloriosam Trinitatem non esse in tua Deitate, tunc non amat in tua Deitate id, quod Tu in ea amas; &, quia est obligata ad

178 B. Raym. Lulli Lib. Contempl. Vol. III.
amandum id , quod Tu amas in ea ,
est culpabilis & digna perdurabilibus
pœnis.

7. c. *Simplex Domine sinè omni compo-*
sitione ! Secunda res , in qua intendimus
loqui de amore, est tua virtuosa Hu-
manitas , quam assumpsisti à gloria
Virgine : unde intellectualiter intelli-
mus Te amare valde magno amore tu-
am pretiosam Humanitatem ; quia, nisi
eam valde magno amore amares , non
esses incarnatus in ea : igitur , cùm hoc
ita sit , per hoc significatur nostro in-
tellectui , quòd memoria & intellectus
& voluntas nostræ animæ habeant ob-
ligationem amandi tuam gloriosam Hu-
manitatem.

8. Nam , quia tua Humanitas , *Do-*
mine , amatur à tua Deitate & est dig-
na amari & mundus est recreatus ab
ea , propterea nostra memoria est obli-
gata ad memorandum & noster intel-
lectus ad intelligendum & nostra vo-
luntas ad amandum ipsam , quæ obli-
gatio est magna, secundùm quod nostræ
ani-

Lib. V. Dist. XXXIX. Cap. CCLXXIX. 179
anima habet capacitatem & potestam memorandi & intelligendi & amandi eam.

9. Igitur, quando Christiani, *Domine*, non memorant nec intelligunt tuam Humanitatem & opinantur se esse excusatos ab amando ipsam, secundum quod possent si eam memorarent & intelligerent, non sunt excusati, quia eam possent memorare & intelligere si vellent; quoniam voluntas non est excusata, dummodo possit facere memoriam memorare & intellectum intelligere, nec memoria & intellectus sunt excusati, dummodo possint memorare & intelligere, nec excusantur per voluntatem, eò quòd ipsa velit, secundum quod memoria memorat & intellectus intelligit: igitur, propterea est culpabilis anima per defectum memoriae & intellectus & voluntatis; sed verum est, *Domine*, quòd tua Misericordia succurrat defectui omnium trium virtutum nostræ animæ, quæ non fruuntur tuâ Humanitate sicut deberent, quæ Misericordia

180. B. Raym. Lulli Lib. Contempl. Vol. III.
cordia non parcit infidelibus , eò quòd
non credant nec ament tuam sanctam
Humanitatem.

io. d. *O Domine fons & flumen &*
mare meorum amorum & meorum lan-
guorum! Tertia res , in qua intendimus
loqui de amore , sunt tue perfectæ Quali-
tates : unde intellectualiter intelligimus
Te esse Amatorem tuarummet Qualita-
tum, secundùm quod significatur nostro
intellectui , quòd ames tuam Infinitatem
& tuam Æternitatem & Potestatem &
Sapientiam & Voluntatem & Justiti-
am & Misericordiam & Humilitatem
& Patientiam & Perfectionem & om-
nes alias tuas Virtutes , & Qualitates:
igitur , cùm hoc ita sit , significatur
nostro intellectui , quòd homo sit
obligatus ad memorandum & intelli-
gendum & amandum tuas virtuosas
Qualitates.

ii. Igitur , cùm hoc ita sit , *Do-*
mine , Saraceni , qui credunt Te non
esse essentialiter in hoc mundo, non a-
mant tuam Infinitatem, eò quòd Tibi

attri-

Lib. V. Dist. XXXIX. Cap. CCLXXIX. 181
attribuant fineim & terminationem , &
Naturales , qui non credunt Te solum
esse æternum, non amant tuam Æter-
nitatem , & qui dicunt omne malum
venire à Te , non amant tuam Justiti-
am , & qui affirmant Te non posse esse
DEUM & Hominem sinè corruptione
Deitatis, non amant tuam Potestatem,
cò quòd ei attribuant defectum & fi-
nem , & qui non volunt credere Te esse
incarnatum , non amant significaciones
tui magni Amoris & tuæ Magnæ Mi-
sericordiæ & tuæ magnæ Humilitatis &
Patientiæ , & quia non amant istas signi-
ficaciones, non possunt esse amatores tua-
rum Qualitatum & Virtutum.

12. Igitur , quia Tu , *Domine* , es
Amator tuarummet Qualitatum & sig-
nificationum earum , propterea omnes,
qui nolunt istas significaciones recipere,
non amant in tuis Qualitatibus id, quod
Tu amas in eis , & per hoc significa-
tur nostro intellectui , quòd non amen-
tur à Te , & quòd non amando id,
quod Tu amas , damnentur in igne per-
durabili.

13. e.

13. e. O Domine , qui es consolatio & requies & confortatio meorum ploratum & meorum languorum ! Quarta res, in qua intendimus loqui de amore , sunt tua Opera : unde dicimus , quod sensualiter sentiamus & intellectualiter intelligamus omnem hominem amare sua opera , & per hoc significatur nostro intellectui , quod Tu ames tua Opera : igitur , cum hoc ita significetur , per hanc significationem demonstratur , quod nostra memoria sit obligata ad memorandum & noster intellectus ad intelligendum tua Opera , ut nostra voluntas ea amet , quoniam Tu ea amas .

14. Igitur , qui non amant multitudinem pluviae vel paucitatem ipsius , vel non amant nimium calorem vel frigus , vel multum vel paucum ventum , & qui non amant infirmitates & labores & mortem & alias res , quas Tu , Domine , das & facis ut punias nos & ut utaris tuâ Justitia , non amant tua Opera & sunt contrarii tuæ Justitiæ & qui invident bona , quæ Tu das quibusdam

15. Igitur, cùm hoc ita sit, & nos,
Domine, non amemus tua Opera prædictis modis, beati sunt, qui à peccatoribus se segregant & conantur amare & in patientia recipere omnes labores, quibus eos torques in hoc mundo, & qui non amant id, quod Tu operaris & facis in eis nec habent patientiam, privantur tuo amore, & hæc privatio significat, quòd corum locus sit in pœna perdurabili.

16. f. *Recreator Domine, Benefactor noster!* *Quinta res*, in qua intendimus loqui de amore, sunt *tue laudes*: unde intellectualiter intelligimus, quòd Tu ames laudari à tuo populo, & quia hoc intelligimus, est nostra anima obligata ad memorandum & intelligendum tuas laudes ut voluntas eas amet.

17. Unde, sicut ex duabus propositionibus veris quandoque exit conclusio falsa, ita, *Domine*, ex memoria & voluntate hominum plùs amantium suas lau-

laudes, quām tuas, exit falsa opinio, quòd post mortem honoretur in gloria, quia, sicut dicendo *omnis homo est animal*, *nullus asinus est homo*, ergo *nullus asinus est animal*, formatur falsa conclusio in inordinatione ambarum propositionum, ita falsa opinio, quam homo habet ut honoretur post suam mortem in gloria, exit à falsa memoria & vana voluntate, quam habet in hoc mundo, quando memorat & amat suas laudes plūs, quām tuas.

18. Nam, sicut per inordinationem duarum propositionum generatur falsa conclusio, ita per inordinationem memoriæ & voluntatis generatur falsa intentio & falsa opinio; & propterea homines peccatores opinantur, quòd licet peccent & perseverent in peccato, exibunt à peccato quotiescumque velint, & quòd aliquo tempore hoc volunt: igitur in hoc decipiuntur, quia omnes habent talem intentionem & non omnes perveniunt ad voluntatem, ad quam putant pervenire; quoniam, si

ad

Lib. V. Dist. XXXIX. Cap. CCLXXIX. 185
ad eam pervenirent, sequeretur, quod
omnes salvarentur, quod est impossibi-
le secundum significationes tuæ Justitiæ
& tuæ Sapientiæ.

19. g. *O Domine, qui tuo amore inflam-
masti amorem tui servi erga tuum hono-
rem! Sexta res, in qua intendimus loqui
de amore, sunt tuæ honorationes: unde
dicimus, quod sensualiter sentiamus &
intellectualiter intelligamus Reges &
Principes & altos Barones hujus mundi a-
mare & velle honorari à suis vasallis:
igitur, cùm hoc ita sentiamus & in-
telligamus, per hoc significatur nostro
intellectui, quod Tu ames tuum Do-
minium & velis tuum populum Tibi
facere reverentiam & honorem secun-
dum suam potestatem & secundum mag-
num onus, quo eum onerasti ad hono-
randum Te & ad serviendum Tibi.*

20. Igitur, cùm Tu, *Domine*, sis
valde dignior honorari, quàm ulla alia
res, perversi peccatores, qui honorant
suum Dominum terrenum plus, quàm
Te, non amant id, quod Tu amas, qui
amor,

186 B. Raym. Lulli Lib. Contempl. Vol. III.
amor , quem habent erga suum Domini-
num terrenum venit ex inordinatione
memoriæ & intellectus & voluntatis ip-
orum , & propterea Domini terreni ple-
rumque falluntur & decipiuntur ab illis,
qui inordinatâ memoria eos memorant
& inordinato intellectu eos intelligunt
& inordinatâ voluntate eos amant.

21. Qui frequentius & ferventius
memorant suam honorationem , quâm
tuam , *Domine* , sunt illi, qui plûs amant
intendere in suam honorationem, quâm
in tuam : igitur , cùm isti plûs ament
se ipsos honorari , quâm Te , & Tu
velis & ames honorari super omnia,
significatur , quòd ipsi non ament id,
quod Tu amas , quando memorant &
intelligunt pulchra ornamenta & mag-
nos honores & laudes pro se ipsis , &
obliviscuntur & contemnunt reverenti-
as & honores & laudes & honoratio-
nes, quas Tu vis Tibi fieri : igitur , cùm
hoc ita sit , secundùm hoc significatur
humano intellectui, quorum sint plures
homines , scilicet, an justorum an verò
peccatorum.

22. h. *Domine, qui inamoras omnes tuos amatores & premias omnes tuos servos!* *Septima res*, in qua intendimus loqui de amore, sunt *Sancti paradisi*: unde intellectualiter intelligimus Te valde magno amore amare nostram Dominam *santam MARIAM Virginem gloriosam*, & amare Angelos & Prophetas & Apostolos & Martyres & Confessores & omnes Sanctos gloriæ: igitur per hoc, quod nobis significetur Te amare illos, significatur nostro intellectui, quod nos teneamur eos amare in rebus, in quibus eos amas.

23. Igitur, qui non credunt in Virginem gloriosam & in Apostolos & in alios Sanctos & non faciunt eis reverentiam & honorem, quem Tu, *Domine*, vis eis fieri, non amant ea, quæ Tu amas & inhonorant & contemnunt ea, quæ Tu vis honorari & laudari & amari: igitur, cum hoc ita sit, significatum est, quod, qui non amant nec honorant Sanctos paradisi, qui in hoc mundo Te amarunt & honorarunt & quos

quos Tu in gloria amas & honoras, non erunt cum eis in gloria, imò erunt in alio loco, in quo non amabuntur nec honorabuntur.

24. Unde, cùm Lex Christianorum, *Domine*, amet & honoret & laudet & colat & invocet Sanctos paradisi plūs, quām ulla aliarum Legum, per hoc significatur ipsam esse veram in hoc, quòd per eam plūs amentur in hoc mundo Sancti, quos Tu amas & qui in hoc mundo Te amarunt, quām per ullam aliam Legem.

25. i. *JESU Christe Domine, Pater potens omnia!* Octava res, in qua intendimus loqui de amore, sunt virtutes, quas Tu dedisti homini: unde dicimus, quòd sensualiter sentiamus & intellectualiter intelligamus valde magnum bonum esse homini habere virtutes, quia sinè ipsis homo nihil valeret; quoniam, nisi haberet fidem, spem, charitatem, justitiam, prudentiam, fortitudinem & temperantiam, non esset dignus ullo bono: igitur, cùm hoc ita sit, per hoc significa-

Lib. V. Dist. XXXIX. Cap. CCLXXIX. 189
nificatur, quòd Tu ames prædictas virtutes & omnes alias ab eis derivatas.

26. Igitur, cùm Tu, *Domine*, sis Amator virtutum, per hoc significatur humano intellectui, quòd nostra anima sit obligata ad memorandum & intelligendum & amandum virtutes quas Tu amas, quoniam Tu eas amas, & quoniam cum eis est homo tuus amator & servus & laudator & sinè eis non potest Te amare nec à Te amari nec potest dirigi ad eundum per vias, per quas pervenitur ad cœlestem gloriam.

27. Unde, qui plùs & frequentius memorant & intelligunt & volunt via, quàm virtutes, *Domine*, sunt superbi & avari & homicidæ & gulosi & luxuriosi habendo malam voluntatem & acediam & alia peccata ab his derivata: igitur, cùm hoc ita sit, isti, qui non amant id, quod Tu amas & amant id, quod non amas, damnant se ipsos opinando se amari à Te quando non amantur, quoniam nolunt facere opera, per quæ possent amari à Te.

28. k.





190 B. Raym. Lulli Lib. Contempl. Vol. III.
28. k. *O Domine, qui amando multiplicas in meo corde meum amorem & in meo corpore meos languores!* Nona res, in qua intendimus loqui de amore, sunt *creature*: unde dicimus, quod intellegitamur intelligamus Te amare creaturas quantum ad res, quas in eis creasti; quia, nisi eas amares, eas non creasses, & ideo cum eas creaveris, significatur, quod eas ames: igitur, cum hoc ita sit, per hoc significatur, quod nos simus obligati ad amandum in creaturis id, quod Tu amas in eis.

29. Sicut per creationem significatur nostro intellectui, *Domine*, quod Tu ames creaturas, ita per ordinacionem significatur, quod ames quasdam creaturas plus, quam alias, quia plus amas Angelos & homines, quam vegetabilia & metalla & animalia irrationalia: igitur, qui amant vegetabilia & metalla & animalia irrationalia plus, quam Angelos & homines, non amant in creaturis ordinacionem, quam Tu amas in eis, & propterea non amantur

Lib. V. Dist. XXXIX. Cap. CCLXXIX. 19
tur à Te , quoniam sua voluntas non
amat ordinationem , quam tua Volun-
tas amat.

30. *Gloriose Domine ! Qui non amant*
suum proximum & volunt mortem vel
damnationem vel detrimentum ipsius,
non amant in eo id, quod Tu in eo
amas ; quia Tu amas corpus & ani-
mam per hoc , quòd sint tuæ creatu-
ræ , sed non amas peccata nec defec-
tus , qui accidentaliter sunt in eis : igi-
tur bene potest homo in suo proximo
disamare peccata, quæ Tu in eo disa-
mas , sed nemini licet disamare in suo
proximo ullam rem , quam Tu in eo
creaveris vel ei dederis , imò quilibet
est obligatus ad amandum in suo
proximo id, quod in eo ama-
tur à tua gloria Vol-
luntate di-
vina.

*



CAPUT

CAPUT CCLXXX.

Quomodo homo sit obligatus ad amandum DEUM, quia DEUS ipsum amat.

1. a. **O** *DEUS Rex gloriae, Pater virtutis & misericordiae!* Quando nostra anima memorat amorem, quem Tu, *Domine*, habes erga nos, tunc generat intellectum, qui intelligit nos esse obligatos ad amandum Te, quia amur à Te, & ex hoc, quod memoria memorat & intellectus intelligit, exit voluntas, quæ amat tuam gloriosam Essentiam.

2. Igitur, cùm hoc ita sit, *Domine*, cum tribus virtutibus animæ oportet inquirere amorem, quem debemus habere erga Te, quia Tu nos amas; quam inquisitionem dividemus in novem partes, quæ sunt *vegetabilia, animalia irrationalia, peccatores, locus, tempus, materia, forma, sensualitas, & intellectualitas.*

3. Un-

3. Unde , sicut navigator se dirigit
in sua navigatione per significations
stellæ polaris & terrarum , ita , *Domine* , nos proponimus accipere directio-
nem in hac inquisitione amoris à no-
vem rebus prædictis ; sed , sicut sapi-
ens navigator indiget recipere rectitu-
dines & significations ci demonstratas
per prædictas res , ita noster intellectus
illuminatus tuâ gratia indiget recipere sig-
nificationes prædictas , ut possimus inve-
nire amorem , quem inquirimus .

4. b. *O virtuose Domine , qui inamo-
rasti tuum servum tuo amore ! Prima pars*,
in qua facimus inquisitionem amoris,
sunt *vegetabilia* : unde dicimus , quòd
sensualiter sentiamus & intellectualiter
intelligamus vegetabilia , quòd plùs homo
ea colit & de eis curam habet , eò plu-
res fructus ei afferre , quia natura ipso-
rum est , quòd , quòd melius coluntur , eò
plùs proficiant & fructificant .

5. Igitur , cùm vegetabilia , *Domine* ,
quæ non habent memoriam nec
intellectum nec voluntatem erga suos

cultores , afferant eis plures fructus per hoc , quòd colantur , quàm si non colerentur , quantò plus nos , qui habemus memoriam ad memorandum & intellectum ad intelligendum & voluntatem ad amandum amorem , quem habes erga nos , sumus obligati ad amandum Te per hoc , quòd sis Amator & Benefactor noster?

6. *Gloriose Domine!* Sensualiter sentimus & intellectualiter intelligimus homines , qui in hoc mundo sunt divites & honorati esse pejores & vitiosiores aliis hominibus : igitur , cùm ipsi in hoc mundo receperint plura dona & plures gratias à Te , quàm homines miseri & pauperes & abjecti , & sint pejores illis , ipsi in suis operibus sunt contrarii vegetabilibus , quæ plures fructus dant suo Domino , quòd plus recipiunt ab eo: igitur , cùm hoc ita sit , secundùm hoc significatur , quòd homines divites & honorati , qui sunt peccatores & superbi & amatores vanæ gloriæ mundanæ , sint viliores vegetabilibus , quæ sunt sine ratione & intellectu.

7. c.

7. c. *Domine complementum omnium
meorum desideriorum & omnium meorum
amorum!* Secunda pars, in qua facimus
inquisitionem amoris, sunt *animalia ir-
rationalia*: unde dicimus, quod sensu-
aliter sentiamus & intellectualiter in-
telligamus aves & bestias sylvestres &
indomitas domari ab homine & fieri
mansuetas faciendo eis placita; &, quod
plus homo eas manutractat & plura
placita eis facit, eò plus ipsas cognoscere & amare eum & eò plus fa-
cere pro eo.

8. Unde, cum aves & bestiae, quae
sunt sine ratione & intellectu ament
hominem, quia imaginantur, quod ipse
eas amet, quomodo potest esse, *Do-
mine*, quod illa virtus imaginativa, quae
est adeo modica in comparatione vir-
tutis imaginativæ & rationalis, quae est
in homine, habeat majorem vim ad
amandum hominem, quam virtus ima-
ginativa & rationalis hominis ad aman-
dum Te, qui eum honorasti super om-
nes creaturest?

9. *R. 37*

9. Ratio & demonstratio, per quam significatur humano intellectui, *Domine*, quòd homo peccator non amet Te tantum, quantum animalia irrationalia amant suum Dominum, est peccatum & culpa; quia adeo mala res est peccatum & culpa & adeo contraria creaturæ in qua est, quòd faciat eam deterioris conditionis, quàm sit ulla creatura quantumcunque vilis, in qua non fit peccatum & culpa: igitur, propter hoc virtus imaginativa, quam animalia irrationalia habent ad amandum suum Dominum, quia imaginantur se amari ab eo, est fortior & fidelior & rectior, quàm Ratio hominis peccatoris, & propere animalia irrationalia amant plus suum Dominum, quàm homines peccatores suum Creatorem.

10. d. *O Domine, qui es Sanator languorum tui servi! Tertia pars, in qua facimus inquisitionem amoris, sunt homines peccatores:* unde dicimus, quòd sensualiter sentiamus & intellectualiter intelligamus homines peccatores amare se

invi-

Lib. V. Dist. XXXIX. Cap. CCLXXX. 197
invicem ; quia , si aliquis vir amet aliquam mulierem, & sua memoria me moret & suus intellectus intelligat illam mulierem eum amare, tunc sua voluntas est major & ferventior erga ipsam, quia natura est amantis plus amare , quando memorat & intelligit se amari.

11. Igitur, cum amor, quem homines peccatores habent amando peccatum, sit falsus & deviatus à veritate amoris, & tamen sit adeo magnus , quod ratione ipsius sustineant famem & sitiū , calorem & frigus & paupertatem & labores & pœnas & mortem , quomodo potest esse , *Domine* , quod homines justi non ament Te plus & ferventiū , quam viri peccatores ament mulieres & mulieres viros , cum ita sit , quod homines justi possint memorare & intelligere , quod Tu verè ames eos & sis mortuus pro eis & honoraveris eos super omnes creaturas?

12. Qui vult videre mirabilitatem super omnes mirabilitates & raritatem super omnes raritates , veniat , *Domine* ,
ad

198 R. Raym. *Lulli Lib. Contempl. Vol. III.*
ad videndum quomodo ex memoria &
intellectu virorum & mulierum pecca-
torum exeat major voluntas erga se in-
vicem , quam ex memoria & intellec-
tu hominum memorantium & intelli-
gentium gratiam , quam eis fecisti, quia
non est ulla mirabilitas nec raritas com-
parabilis isti , quòd ex corrupta me-
moria & intellectu possit exire major
voluntas & major fervor , quàm ex ve-
ra memoria & intellectu : igitur, cùm
hoc ita sit , significatur , quòd , sicut
Princeps , qui habet magnam potesta-
tem faciendi bonum, habet magnam po-
testatem faciendi malum , quando se in-
clinat ad malum , ita per peccatum
memoria & intellectus hominis possint
applicare ad amandum falsò & corruptè
virtutem , quam habent ad amandum
verè & virtuosè.

13. c. *Amator Domine verorum amorum,*
pie Domine erga meos languores ! Quar-
ta pars , in qua facimus inquisitionem
amoris, est locus : unde dicimus , quòd
sensualiter sentiamus & intellectualiter
intel-

Lib. V. Dist. XXXIX. Cap. CCLXXX. 199
intelligamus clementa amare suum locum , quia levia amant locum altum & propterea se movent sursum , & gravia amant loca imia , & propterea se movent deorsum.

14. Igitur , cùm nullum elementorum habeat naturam nec proprietatem nec virtutem memorandi nec intelligenti , & quodlibet desideret suum locum quando non est in eo , sicut ignis , qui quando est in locis imis desiderat loca alta , quantò plus est voluntas hominis , *Domine* , obligata ad amandum Te , qui es suum complementum & sua perfectio , secundùm quod nostra memoria memorat & noster intellectus intelligit ?

15. Unde benedictus sis , *Domine DEUS* ; quia , sicut clementa continuò amant suum locum , & quidquid faciunt movendo se , est , ut possint venire ad ipsum , ita , si non esset peccatum , nostra anima continuò amaret Te ; sed adeo est magnus defectus , in quem cecidimus per peccatum & culpam , quòd ,

li-

200 *B. Raym Lulli Lib. Contempl. Vol. III.*
licet nostra memoria memoret & intellectus intelligat Te & amorem, quem erga nos habes, tamen nostra voluntas adeo parum amat Te, quod suus amor sit ferè nihil in comparatione amoris, quem haberet erga Te, si non esset peccatum.

16. f. *Vere Domine, gloriose, plene misericordia!* Quinta pars, in qua facimus inquisitionem amoris, est *tempus*: unde dicimus, quod tria sint tempora, quae habent concordiam inter se ipsa, cum tempus sit divisum in tres partes, & haec concordantia est primò inter tempus praesens & futurum, eò quod tempus futurum oporteat esse praesens, & propterea tempus praesens oportet esse praeteritum, quod tempus praeteritum exit à convenientia praesentis & futuri, sinè qua esset impossibile esse tempus praeteritum.

17. Igitur, cum sit concordantia inter tempus praesens & futurum, *Domine*, licet ista tempora non habeant Rationem nec intellectum nec voluntatem,

Lib. V. Dist. XXXIX. Cap. CCLXXX. 201
tatem, nisi quòd præsens desideret res
futuras & futuræ præsentes, & Tu sis
Amator noster & nos habeamus Ratio-
nem & intellectum & voluntatem, quan-
tò plus deberemus nos velle esse 'Tecum,
qui vis & amas nos?

18. *Gloriose DEUS!* Sicut per defec-
tum virtutis, qui est in nobis, res fu-
turæ non possunt esse omnes præsentes,
imò oportet, quòd priventur aliquæ
illarum, quæ sunt præsentes, sicut una
forma privat aliam, ita, *Domine*, nos
in hoc mundo non possumus uno tem-
pore possidere amorem, quem debere-
mus habere erga Te, secundùm quod
amas nos, ratione corruptionis memo-
riæ & intellectus & voluntatis; quia,
sicut memoria quando memorat unam
rem, oportet, quòd obliviscatur alte-
rius, cò quòd non possit ambas simul
memorare, ita voluntas non habet vir-
tutem nec vires, per quas possit in ea capi
magnus amor, qui capitur in voluntate
Sanctorum gloriæ.

19. g. *O Domine, in cuius gratia &*
bene-

202 B. Raym. *Lulli Lib. Contempl. Vol. III.*
benedictione confidimus! Sexta pars, in
qua facimus inquisitionem amoris, est
materia: unde dicimus, quod sensua-
liter sentiamus & intellectualiter intel-
ligamus materiam esse subjectam con-
trarietati, quae est inter formam & pri-
vationem, quae contrariantur in hoc,
quod forma amet actualitatem & resi-
stat potentialitati, quia amat plus esse in
actu, quam in potentia; & privatio
est ei contraria, quia destruit formam,
quae est in actu, ut ponat in actu for-
mam, quae est in potentia, cum natu-
ra privationis sit, quod concordet &
conveniat plus cum forma potentiali,
quam cum actuali, eò quod potentialis
est plus remota ab esse & actualis est plus
propinqua ipsi esse.

20. Igitur, cum privatio, *Domine*,
amet plus in materia formam, quae est
potentialis, quam formam, quae est
actualis, & propterea forma actualis
sit in corruptione & potentialis in
generatione & materia sit subjecta his
duabus contrarietatibus, homo, qui
ha-

Lib. V. Dist. XXXIX. Cap. CCLXXX. 203
habet Rationem & intellectum & vo-
luntatem , debet esse subjectus amori,
quem Tu erga nos habes , amando Te,
qui nos amas ; quia , si materia est obe-
diens privationi in hoc , quod corrum-
pat formam actualem pro potentiali ,
licet actualis sit propinquior ipsi ma-
teriae , quam potentialis in hoc , quod
materia melius demonstretur per actua-
lem , quam per potentiale , quantò plus
noster amor deberet amare tuam Volun-
tatem , quæ nos amat ?

21. Sed , sicut privatio ponit con-
trarietatem in materia ratione contra-
rietatis , quam facit esse inter formam
actualem & potentialem , ita , *Domine* ,
peccatum ponit corruptionem inter nos-
tram memoriam & intellectum & vo-
luntatem ; quia memoria memorat &
intellectus intelligit , quod Tu ames nos ,
sed voluntas , quia amat aliam rem plus ,
quam Te , cadit in corruptionem , & per
hanc corruptionem est contrarietas in-
ter ipsam & memoriam & intellectum ,
per quam contrarietatem cadunt omnes
tres .

204 B. Raym. *Lulli Lib. Contempl. Vol. III.*
tres virtutes in corruptionem: unde,
sicut forma potentialis per generatio-
nem corrumpit actualem, & in cor-
ruptione formæ actualis corrumpitur
materia per privationem ipsius, ita
voluntas hominis peccatoris corrump-
endo sc ipsam per peccatum corrumpit
memoriam & intellectum, & cor-
ruptio memoriae & intellectus privat
voluntatem amore sui gloriosi Creato-
ris.

22. h. *Cælestis Domine, intrà quem omnes
creature sunt terminatae!* Septima pars,
in qua facimus inquisitionem amoris, est
forma: unde dicimus, quòd naturale sit
formæ, quò magis pulchra & ornata &
pulchræ dispositionis est, eò plus place-
re visui sensuali, quando sensualiter vide-
tur, & hoc idem est de visu intellec-
tuali, quando considerat formam intel-
lectualem.

23. Igitur, cùm hoc ita sit, *Domine,*
& forma sensualis, quæ est creature &
non habet Rationem nec intellectum &
tamen visui corporali det magnum pla-
citum,

Lib. V. Dist. XXXIX. Cap. CCLXXX. 205
citum , quantò plùs nostra voluntas de-
beret Te amare , quoniam nostra me-
moria memorat & intellectus intelligit ,
quòd Tu sis Perfectio omnium bonorum
& Amator & Creator noster?

24. *Misericors Domine!* Si amator ha-
bet valde magnam tristitiam & dispi-
centiam , quando amatus ei non ostendit
hilarem faciem nec ei dat significatio-
nem amoris , significatur , quòd ipse de-
beat habere valde magnum placitum ,
quando amatus ei ostendit hilarem fa-
cier & dat ei significationem amoris:
igitur , cùm nostra anima non memo-
ret nec intelligat , quòd Tu des tuis a-
matoribus ullam significationem , quæ
non sit amoris , imò memoret & intel-
ligat Te habere magnum amorem erga
nos , quomodo potest esse , quòd non
utatur naturâ amoris erga suum Creato-
rem amando ipsum æquali & majori fer-
vore , quam creaturas ?

25. i. *Gloriosè Condonator , qui lætificas*
meum cor in rebus , quas desidero à meo
Domino ! Octava pars , in qua facimus in-
quisitio-

206 B. Raym. Lulli Lib. Contempl. Vol. III.
quisitionem amoris, est *sensualitas*: unde
dicimus, *Domine*, quòd sensualiter sen-
tiamus & intellectualiter intelligamus
puerum parvulum in principio amare
plùs suam nutricem, quàm suum pa-
trem & suam matrem, eò quòd nu-
trix ei faciat plura placita, quàm pa-
ter & mater.

26. Igitur, si parvus infans, *Domi-
ne*, habet amorem secundùm istum mo-
dum, licèt in eò non sit Ratio nec in-
tellectus, quantò plùs nos, in quibus est
Ratio & intellectus, deberemus amare
Te, cùm memoremus & intelligamus
non esse ullam rem, à qua tantum ame-
mur & aggraticemur & adjuvemur & be-
neficiemur, quantum à Te, nec esse, qui
tantum nobis condonet, nec qui
tantum nos dirigat nec qui tantum nos
sufferat, quantum Tu, nec esse, qui adeo
magnam pœnam & dolorem & adeo
gravem mortem sustinuerit pro nobis, si-
cut tua gloriosa Humanitas.

27. *Misericors Domine!* Consuetudo
est infantuli plorantis, quòd citius qui ca-
tetur

Lib. V. Dist. XXXIX. Cap. CCLXXX. 207
tetur & inamoretur à persona, quam
putat plūs amare eum, quàm ab alia,
& majoti audacia recurrat ad sinum suæ
matris vel suæ nutricis, quàm alicujus
alterius personæ, & confidentiùs petat
ab eis id, quòd desiderat, quàm ab
ulla alia persona, quam putat non eum
tantum amare: igitur, cùm hoc ita sit
& homines peccatores ament plūs alias
res, quàm Te, propterea, *Domine*, priùs
consolantur ab alio, quàm à Te & plūs
confidunt in alio, quàm in Te: igi-
tur hoc est valde magnus defectus, quòd
homo amet plūs ullam rem, quàm Te,
nec tantum, quantum Te, quoniam
scit se à nulla re tantum amari, quan-
tum à Te.

28. k. *O Domine, qui es placitum me.e
voluntatis & consolatio mee Spei! Nona*
pars, in qua facimus inquisitionem amo-
ris, est *intellectualitas*: unde dicimus,
quòd sensualiter sentiamus & intellec-
tualiter intelligamus naturam esse volun-
tatis cò plūs amare aliquam rem, quò
plūs intellectus eam cognoscit bonam
&

208 B. Raym. *Lulli Lib. Contempl. Vol. III.*
& pulchram ; quia , sicut proprium
est formæ demonstrare materiam , ita
proprium est voluntati amare id, quòd
intellectus cognoscit bonum & no-
bile.

29. Igitur , cùm noster intellectus,
Domine , intelligat nihil esse convenien-
tius & melius , quàm amor Creatoris er-
ga creaturam & creaturæ erga Creato-
rem , & intelligat nihil esse , quòd adeo
amet creaturam, sicut Creator , nec ul-
lam creaturam esse , quæ tantum ame-
tur à suo Creatore, quantum homo ,
quomodo potest esse , quòd nostra vo-
luntas non amet Te plus , quàm crea-
turas ? unde benedictus sis, *Domine DE-*
US , quia hæc deviatio amoris , quem
habemus majorem erga creaturas, quàm
erga Te, significat se devenisse per pec-
catum ; quia , nisi esset peccatum , ho-
mo non faceret contra suam naturam
amando creaturam plus , quàm Crea-
torem .

30. *Virtuose Domine !* Non est ullus
homo, quantumcunque inimicus sit al-
terius,

Lib. V. Dist. XXXIX. Cap. CCLXXX. 209
terius , qui non posset esse suus amicus,
si multum vellet eum amare & multa
placita ei facere : igitur, cùm homo de
inimico mortali possit facere amicuni
cordialem , & Tu nunquam fueris inimi-
cus hominis, imò semper ipsum amaveris,
unde provenit & à quo desumitur,
quòd homo amet & possit amare ul-
lam rem plùs, quàm Te , nec tantum,
quantum Te , videtur mihi , *Domine*,
quòd , sicut Tu amas plùs hominem,
quàm ullam , aliam rem , ita homo,
qui amat plùs aliam rem , quàm Te,
sit minùs dignus amare Te, quàm crea-
turam ; quia , sicut terra ratione suæ
ponderositatis est minùs digna loci al-
ti , quàm imi , ita homo , qui amat
plùs id , quod Tu minùs amas , est
minùs dignus amare Te , quàm
id, quod non est suus glorio-
sus DEUS.

** ** ** ** **
* * * * * * * *
** ** ** ** **

O

CAPUT

CAPUT CCLXXXI.

*Quomodo homo amet amantes nostrum
Dominum DEUM.*

i. a. **O** DEUS gloriose, virtuose, potens Domine super omnes Dominos! Qui vult inquirere amorem, quem homo habet erga illos, qui Te amant, oportet, quod tribus virtutibus animæ faciat inquisitionem in novem rebus, quæ sunt *Laus, Oratio, Veritas, Humilitas, Justitia, Spes, Pænitentia, Eleemosyna, & Patientia.*

2. Unde benedictus sis, Domine Deus; quia sicut quinque sensus sensuales sunt instrumentum, quo homo inquirit res sensuales, ita novem prædictæ res sunt subjectum, in quo anima memorando & intelligendo & volendo inquirit & invenit amorem, quem homo habet erga illos, qui Te amant.

3. Nam, sicut homines mundani vanigloriosi, Domine, contemnunt & irident

Lib. V. Dist. XXXIX. Cap. CCLXXXI. 211
rident beatos Religiosos & alios homi-
nes justos , qui Te amant & honorant,
eò quòd obliviscantur & ignorent novem
prædictas res , ita illi, qui amant tuos
beatos servos, amant ipsos , eò quòd in
novem rebus prædictis eos memorent &
intelligant & velint.

4. b. *O Domine DEUS , qui es dignus
omni gloria & omni virtute ! Prima res,*
in qua inquirimus amorem, est *Laus:* un-
de dicimus , quòd natura amici sit lau-
dere suum amatum : igitur , cùm sensua-
liter sentiamus & intellectualiter intelli-
gamus Religiosos & Clericos & Eremitas
& alios homines justos nocte & die da-
re laudes de tuis nobilitatibus & de tu-
is honorationibus , propterea dicimus ,
quòd in quantum memoramus & intel-
ligimus ipsos esse tuos laudatores, in tm-
tum sit occasionata & obligata nostra
voluntas ad amandum eos.

5. *Nam , natura est voluntatis amar-
re omnes illos , quos memoria memo-
rat & intellectus intelligit esse tuos lau-
datores , & natura est conscientiae obli-*

garc

212 B. Raym. *Lulli Lib. Contempl. Vol. III.*
gare voluntatem ad amandum ipsos:
unde, quia hoc est naturale voluntati
per memoriam memorantem & intel-
lectum intelligentem, est voluntas obli-
gata ad amandum tuos laudatores, &
est ad hoc occasionata duobus modis,
scilicet ex parte naturæ, quam recipit
à memoria & ab intellectu, & ex par-
te conscientiæ, quæ ei mandat facere
id, ad quod eam naturant memoria
& intellectus.

6. Unde, sicut homo, *Domine*, est
occasionatus ad amandum illos, qui
Te laudant, eò quòd sint tui lauda-
tores & tui amatores, ita est obliga-
tus ad laudandum ipsos: igitur, cùm
sensualiter sentiamus & intellectualiter
intelligamus homines mundanos de
nullis personis ita libenter dicere ma-
lum sicut de Clericis & Religiosis, per
hoc significatur, quòd homines mun-
dani non sint amatores, nec benevoli
tuorum servorum.

7. C. *Magne Domine super omnes mag-
nitudines, nobilis Domine super omnes
nobili-*

Lib. V. Dist. XXXIX. Cap. CCLXXXI. 113
nobilitates! Secunda res, in qua inqui-
*rimus amorem, est *Oratio*: unde dici-*
mus, quod homines, qui Te amant Te
orent & Te invocent & confidant &
sperent in Te: igitur, qui vult amare
ipsos, oportet, quod memoret & in-
telligat orationes & preces, quas Tibi
faciunt; quia, sicut est naturale orationi
dare fructum, ita est naturale voluntati
amare illos, qui Te orant & invocant &
Tibi gratias agunt.

8. Nam naturale est, *Domine*, se-
cundum intellectualem naturam, quod
memoria & intellectus dent voluntati
virtutem & proprietatem amandi illos,
qui Te orant, quia adeo magna est gra-
tia & virtus, quam memoria recipit
quando memorat & intellectus quando
intelligit orationem, quam Religiosi &
alii homines justi faciunt Tibi, quod
per illam virtutem & gratiam tota vo-
luntas compleatur gratia & virtute ad
amandum omnes illos, qui Te orant &
invocant.

9. Sed, quia homines mundani va-
niglo-

214 B. Raym. Lulli Lib. Contempl. Vol. III.
nigloriosi , *Domine* , memorant homines
Religiosos esse patientes & non reddere
malum pro malo , & amant & invident
divitias & bona ipsorum , propterea co-
gunt & constringunt eos & ab eis furan-
tur , & ut coram mundo habeant ex-
cusationem dicunt malum de illis : igi-
tur totum hoc evenit , quia memoria
mundanorum non memorat nec intel-
lectus intelligit magnam virtutem , quæ
est in memoria & intellectu & volun-
tate istorum beatorum , qui Te orant
& invocant.

io. d. *Virtuose Domine Pater virtutis,*
gloriose Domine Pater omnium gloria-
rum! *Tertia res* , in qua inquirimus a-
morem , est *Veritas* : unde dicimus , quòd
intellectualiter intelligamus Te esse Ve-
ritatem , & propterea esse multos ho-
mines justos in hoc mundo , qui sunt
servi & subditi veritatis , quia verita-
tem memorant & intelligunt & amant:
igitur , qui istos homines velit amare,
oportet , quòd eos memoret & intel-
ligat in veritate , in qua sunt , ut voluntas
amet ,

Lib. V. Dist. XXXIX. Cap. CCLXXXI. 215
amet id, quod memoria memorat & intellectus intelligit.

11. Igitur , cùm manifestè sentiamus & intelligamus in nullo populo homines Religiosos tantum amari & honorari , quantum in Christianorum , per hoc significatur , quòd Religiosi Christiani memorent & intelligent & ament veritatem plùs , quàm ulli alii Religiosi aliorum populorum , quia per hoc , quòd plùs ament veritatem , sunt digniores amari & honorari & revereri ; & , nisi ita esset & esset contrarium , homines Religiosi plùs memorantes & intelligentes & amantes veritatem , minùs amarentur & honorarentur & revererentur ; & , si ita esset , significaretur , quòd Tu non es perfectus in justitia nec in sapientia nec in potestate nec in ordinatione , quod est impossibile.

12. Unde benedictus sis , *Domine DEUS* , quia per hanc impossibilitatem significatur verum esse , quòd Tu sis Unus in Trinitate & sis incarnatus in Virgine

216 B. Raym. *Lulli Lib. Contempl. Vol. III.*
gine gloriosa ; quia , nisi esset impossibili-
tas & esset possiblitas , esset impos-
sibile , quòd Tu esses perfectus , & es-
set possibile , quod , id quod est dig-
nius amari contemneretur , & id quod
est indignius amari appretiaretur ; & , si
ita esset , veritas esset in vilitate &
falsitas in honoratione , quod est im-
possible.

13. c. *O sancte Splendor omnium splen-
dorum ! O gloria Lux omnium lumi-
num ! Quarta res , in qua inquirimus
amorem , est Humilitas : unde dicimus ,
Domine , quòd sensualiter sentiamus &
intellectualiter intelligamus amantes Te
amare humilitatem , & non amantes Te
amare superbiam : igitur , qui vult a-
mare illos , qui Te amant , oportet ,
quòd memoret & intelligat humilita-
tem & superbiam , & memoriâ & in-
tellectu æqualiter aspiciat utramque ; & ,
si hoc faciat , sua voluntas amabit hu-
militatem & odio habebit superbiam ,
& amando humilitatem amabit homines
humiles , qui Te amant .*

14. *Gloriose Domine!* Sicut, si quis accederet unum cereum in utroque capite, oporteret ambo lumina conjungi, eò quòd unum moveretur versus aliud, ita, quando homo memorat & intelligit humilitatem, tunc est sua voluntas occasionata ad amandum Te, qui es fons humilitatis, & per amorem, quem habet erga Te, movetur sua voluntas ad amandum humiles Religiosos & homines justos, qui Te amant: quia, sicut est naturale voluntati superbæ non amare ullam rem nisi se ipsam, ita est naturale voluntati humili amare omnem rem, in qua sit humilitas.

15. Unde benedictus sis, *Domine DEUS*; quia, sicut est naturale plumbo per suum motum se elongare à locis altis, ita superbia habet naturam contrariam, quia movendo se ad loca alta descendit ad loca ima, sicut humilitas movendo se ad loca ima ascendit ad loca alta: igitur, cùm hoc ita sit, qui vult amare homines, qui Te amant, **non contemnat laceratas vestes vili pan-**
ni,

218 B. Raym Lulli Lib. Contempl. Vol. III.
ni, quæ ascendunt, quando pretiosæ &
ornatæ descendunt, nec contemnat pau-
pertatem victualium & honoris hujus
mundi ; quia ista paupertas humiliat ho-
minem ad res imas, ut ipsum ele-
vare superbia cum divitiis & delecta-
tionibus mundanis.

16. f. *Juste Domine, complementum om-
nium perfectionum ! Quinta res, in qua
inquirimus amorem, est Justitia: unde
dicimus, quod sensualiter sentiamus &
intellectualiter intelligamus Te esse jus-
tum : igitur omnes, qui Te amant,
sunt justi, & omnes, qui amant jus-
titiam, sunt amatores illorum, qui Te
amant.*

17. Nam, quia homo, *Domine*, a-
mans Te amat justitiam, amando jus-
titiam memorat & intelligit illos, qui
habent justitiam, & memorando & in-
telligendo illos, qui habent justitiam,
amat eos ratione voluntatis, quæ in eis
amat justitiam, & propterea Tu es me-
dium in hoc, quod sis Justitia, eò quod
ratio-

Lib. V. Dist. XXXIX. Cap. CCLXXXI. 219
ratione amoris, quem habet homo erga
tuam Justitiam, amet omnes illos, qui a-
mant tuam Justitiam.

18. Igitur, cùm hoc ita sit, *Domi-
ne*, justitiam amant, qui puniuntur
propter justitiam, quando amant illos,
qui eos justè puniunt; sed, qui non
amant Reges & Principes, qui justè eos
puniunt, non amant justitiam, & amant
injuriam, cò quòd non ament Te, qui es
complementum omnis justitiae; quoni-
am, si Te amarent, amarent omnes tuos
officiales justos, qui pro Te in hoc mun-
do tenent justitiam.

19. g. *O Domine DEUS, qui es spes &
consolatio omnium nostrum!* *Sexta* res, in
qua inquirimus amorem, est *Spes*: un-
de dicimus, quòd naturale sit amico
confidere & sperare in amato: igitur,
propterea omnes amantes Te oportet
de necessitate, quòd in Te confidant
& sperent; quia nisi in Te confiderent
& sperarent, esset impossibile, quòd
Te amarent.

20. Unde, sicut est naturale, quòd
volun-

220 B. Raym. *Lulli Lib. Contempl. Vol. III.*
voluntas exeat à memoria & intellectu, ita, *Domine*, amor, quem homo habet erga illos, qui Te amant exit à memoria & intellectu, quem habet erga illos, qui in Te confidunt & sperant, quia adeo est magna virtus, quæ exit à memoria & intellectu, quando anima memorat & intelligit spem in Te, & quando memorat & intelligit sperantes & confidentes in Te, quòd amet omnes illos, qui in Te sperant & confidunt.

21. Unde, quia tuus servus, *Domine DEUS*, memorat tuam magnam Misericordiam, & suus intellectus eam intelligit & sua voluntas eam vult, propterea ipse, qui valde indiget tuâ Misericordia confidit in ea & confidendo in ea amat & laudat & benedicit omnes, qui in ipsa confidunt & sperant; quoniam, sicut secundùm cursum naturalem aér recipiendo calorem ab igne calefacit aquam super ignem recipiente aquâ humiditatem ab aëre, ita per gratiam & benedictionem, quam Tu das

Lib. V. Dist. XXXIX. Cap. CCLXXXI. 221
das meæ animæ , quando memorat &
intelligit & amat spem in tua Misericordia , amat omnes illos , qui in ea
sperant & confidunt.

22. h. *Benigne Domine , gratiose , amo-*
rose ! Septima res , in qua inquirimus a-
morem , est Pœnitentia : unde dicimus ,
quòd omnis homo amans Te , amet pœ-
nitentiam : igitur omnes amantes pœ-
nitentiam amantur ab illis , qui memo-
rant & intelligunt & amant pœnitudi-
nes suorum peccatorum , & qui faciunt
jejunia & peregrinationes & afflictiones
& alias res similes istis.

23. Igitur , cùm hoc ita sit , homi-
nes laici amantes pœnitentiam , *Domi-*
ne , sunt amatores beatorum Religiosos
rum , qui faciunt pœnitentiam & se af-
fligunt pro suis peccatis & pro nostris
& plorant sua peccata & nostra ; & , si
ita sit , quòd aliquis Religiosorum ha-
bendo bonam intentionem erret ha-
bendo opinionem inordinatam de ali-
quo laico & iste illum amet perfectè ,
amabit bonam intentionem illius & non

cum

222 B. Raym. Lulli Lib. Contempl. Vol. III.
eum odiet ratione inordinatæ opinionis,
quam habet ob defectum sapientiæ.

24. Sed, quando homines laici, *Domine*, laudant Religiosos & non amant facere pœnitentiam, tunc est suus amor defectuosus per defectum memorie & intellectus & voluntatis; quia, si perfectè eos memorarent & intelligerent & amarent, amarent pœnitentiam, quam faciunt, & amando eam essent amatores pœnitentiæ, quoniam à voluntate animæ, quæ perfectè memorat & intelligit pœnitentiam beatorum Religiosorum, exit perfecta voluntas amans pœnitentiam.

25. i. *Gratiōse Domine, complete in omnibus gratiis & in omnibus valoribus!*
Octava res, in qua inquirimus amorem, est *Eleemosina*: unde dicimus, quod sensualiter sentiamus & intellectualiter intelligamus amantes Te facere eleemosinas pro tuo amore: igitur, qui vult amare illos, qui Te amant, oportet, quod memoret & intelligat illos, qui dant eleemosinam secundum suam postulatam

v. Lib. Dist. XXXIX. Cap. CCLXXXI. 223
testatem & secundum quod convenit,
quia eò plus eleemosinæ facit homo,
quò plus Te amat, & major est elec-
mosina hominis pauperis, quàm divi-
tis; & propterea, secundum quod est
magna eleemosina, est magnus amor, &
secundum quod est magnus amor faci-
ens eleemosinam, debet amari à volenti-
bus amare illos, qui Te amant.

26. Si recipientes eleemosinam, *Do-
mine*, amant eleemosinam, quæ eis da-
tur, plus, quàm homines eam dantes,
non perfectè amant amantes Te, & hoc
est, quia plus & frequentius memorant
eleemosinam, quàm Te, & propterea
amant eam plus, quàm illos, qui eam
dant; sed, si petentes eleemosinam pro
tuo amore memorarent & intelligerent
& amarent Te plus, quàm id, quòd
petunt, amarent plus illos, qui Te amant,
quàm dona, quæ ab eis recipiunt.

27. Igitur, cùm hoc ita sit, secun-
dum hoc significatur humano intellectui,
Domine, quòd, qui eleemosinam
amant plus, quàm illos, qui elec-
mosi-
nam,

224 B. Raym. Eulli Lib. Contempl. Vol. III.
nam dant, habeant defectuosum amo-
rem, & per defectum amoris, qui est
in eis, sequitur, quod perfectè non a-
ment Te; &, quia Te defectuosè a-
mant, habent defectum in sua memo-
ria & in suo intellectu, & per istum
defectum multoties accidit, quod odio
habcant illos, qui multoties eis dede-
runt, cò quod quandoque eis non dent,
quod odium non haberent, si memora-
rent & intelligerent dona, quæ ab eis
recepérunt.

28. k. *Patiens Domine, pleze omni ins-
tructione & omni urbanitate!* Nona res,
in qua inquirimus amorem, est *Pati-
entia*: unde dicimus, quod sensualiter sen-
tiamus & intellectualiter intelligamus
amantes Te amare patientiam in sua
paupertate & in sua infirmitate & in su-
is laboribus & in vilipendiis & com-
temptibus, in quibus sunt pro tuo amo-
re, quia natura est boni amici habe-
re tantam patientiam pro suo amato,
quantus est amor, quem erga eum
habet.

29. Unde,

29. Unde , qui vult amare , *Domine*, amantes Te , amet illos , qui habent patientiam in hoc mundo in malis & laboribus , quos pro tuo amore sustinent : igitur, cùm hoc ita sit , qui torquent & affligunt & decipiunt & irrident & occidunt illos, qui habent patientiam , non amant amantes Te , & hoc est , quia in sua memoria & intellectu non habent patientiam ; &, quia eam non habent in memoria & intellectu , non habent eam in sua voluntate , & propterea non amant eam, in quantum non amant homines patientes, quos torquent & affligunt.

30. *Gloriose Domine !* Sicut homo non potest recuperare nec emere tempus, nisi tempore , ita non potest habere amorem , nisi patientiâ ; quia , sicut homo ignarus , qui vult esse sapiens, non potest recuperare tempus , quod perdidit in studio, sinè tempore , quod impendat in addiscendo , ita homines impatientes si velint amare illos , qui Te amant, non possunt eos amare, nisi

226 B. Raym. *Lulli Lib. Contempl. Vol. III.*
patientiâ simili patientiæ illorum ; quo-
niam , sicut unum tempus recuperatur
per aliud , ita unus amor recuperatur
per alium & una patientia per aliam : igi-
tur, cùm hoc ita sit, tuus servus amat pa-
tientiam, ut patientia faciat cum amato-
res illorum, qui amant Te , qui es meus
Amator gloriosus DEUS.

CAPUT CCLXXXII.

*Quomodo homo amet artem & modum,
per quem potest amare suum glorio-
sum DEUM.*

I. a. **D**EUS une, dans perfectionem om-
ni unitati & omni pluralitati !
Sensualiter sentimus & intellectualiter
intelligimus hominem in hoc mundo
habere artem & modum , per quem
possit exercere officium , in quo est: un-
de sicut homo , *Domine* , indiget arte
in suo officio & sine arte non habe-
ret officium , ita , qui vult amare Te ,
oportet , quòd accipiat artem , per
quam

Li. V. Dist. XXXIX. Cap. CCLXXXII. 227
quam Te sciat & possit amare: igitur, si
fartor & futor habent artem in suo offi-
cio, quantò plus debet habere artem,
qui vult esse tuus amator, & maximè cùm
homo sit adeo obligatus ad amandum
suum gloriosum DEUM?

2. Igitur, cùm hoc ita sit, *Domine*,
qui vult habere artem amandi Te, o-
portet, quòd eam iquirat cùm tribus
virtutibus animæ, & hanc inquisitionem
oportet fieri in novem rebus, quæ sunt
potentia vegetativa, potentia sensitiva,
potentia imaginativa, potentia ratio-
nalis, potentia motiva, potentialitas
& actualitas, prima & secunda inten-
tio, perfectio & defectus, solitudo & con-
templatio.

3. Unde benedictus sis, *Domine DE-*
US; quia, sicut ars ferraria consistit in
instrumentis & in sapientia ferrarii & in
materia scilicet in ferro, ita ars aman-
di Te consistit principaliter in tua gra-
tia & in tribus virtutibus animæ, quæ
eam recipiunt, & novem res prædictæ
sunt instrumenta, in quibus homo habet
artem

228 B. Raym. Lulli Lib. Contempl. Vol. III.
artem inamorandi se de Te , quando re-
cipit significaciones tuarum Qualitatum
& significaciones illarum.

4. b. *O Domine , à quo nulle res pos-
sunt esse absconditæ! O juste Domine, qui
omnia judicas!* Prima res , est potentia
vegetativa : unde dicimus , quòd sensua-
liter sentiamus & intellectualiter intel-
ligamus istam potentiam vivere per tem-
peramentum quatuor qualitatum genera-
lium , scilicet caliditatis & frigiditatis
& humiditatis & siccitatis ; quia , quan-
do istæ qualitates sunt inordinatæ in a-
liquo corpore vegetato , potentia vege-
tativa corrumpitur in eo.

5. Igitur , qui vult habere artem &
modum amandi Te , *Domine* , oportet ,
quòd habeat continentiam & abstinen-
tiam in cibo & potu & in aliis rebus
sensualibus , ut quatuor qualitates ha-
beant potentiam vegetativam ordinatam ,
ut sit subjectum directum & paratum , in
quo homo amet Te ; quia , si poten-
tia vegetativa est inordinata per nimis
multa vel nimis pauca victualia , vel per
nimis

Li. V. Dist. XXXIX. Cap. CCLXXXII. 229
nimis multas vel nimis paucas opera-
tiones sensuales , est occasio corruptio-
nis & destructionis artis, per quam homo
amat Te.

6. Nam , quando homo , *Domine* ,
destruit temperantiam in potentia ve-
getativa , tunc fit contrarietas inter sen-
sus sensuales & intellectuales , & per
hanc contrarietatem anima non habet
ordinatam dispositionem , ut habeat in
actu suam memoriam in memorando
Te & suum intellectum in intelligendo
Te & suam voluntatem in amando Te;
sed , quando vegetativa est in bona dis-
positione , tunc habet anima subjec-
tum paratum in corpore , ut memoret
& intelligat & amet suum Dominum
DEUM.

7. c. *Cælestis Rex gloriae, immortalis &*
incommutabilis ! Secunda res , est poten-
tia sensitiva : unde dicimus , quod sen-
sualiter sentiamus & intellectualiter in-
telligamus potentiam sensitivam vivere
per directionem quinque sensuum sen-
sualium , qui ei serviunt : igitur , qui
vult

230 B. Raym. Lulli Lib. Contempl. Vol. III.
vult esse tuus amator, *Domine*, oportet, quod sensibus intellectualibus dirigat in se sensibus sensuales; quia, sicut potentia vegetativa dirigitur per quatuor qualitates generales, ita quinque sensus sensuales diriguntur per quinque intellectuales, & per directionem sensuum sensualium dirigitur potentia sensitiva, ut sit animæ ordinatum subjectum, in quo ipsa habeat in actu memoriam in memorando & intellectum in intelligendo & voluntatem in amando Te.

8. Sed, quando sensus sensuales, *Domine*, non sunt directi per intellectuales, tunc potentia sensitiva est domina rationalis, & per servitutem, in qua est rationalis, sensitiva inordinatur, & per inordinationem ipsius inordinantur memoria & intellectus & voluntas in potentia rationali, quæ non habet ordinatum subjectum, in quo possit memorare & intelligere & amare suum Creatorem & suum DEUM.

9. Sed, quando potentia rationalis,

Li. V. Dist. XXXIX. Cap. CCLXXXII. 231
Domine, est domina sensitivæ, tunc in omni, quod sensitiva audit & videt & odoratur & gustat & palpat, rationalis memorat & intelligit & amat suum Creatorem & suum DEUM; &, quando sensitiva est domina rationalis, tunc in omni quod sensitiva audit & videt & odoratur & gustat & palpat, rationalis obliviscitur & ignorat & non amat suum Dominum DEUM: igitur, cùm hoc ita sit, qui vult habere artem & modum amandi Te, *Domine*, habeat artem & modum, per quem faciat potentiam rationalem dominam sensitivæ, ut rationalis habeat potestatem memorandi & intelligendi suum DEUM; quia, si cum memoret & intelligat, necessariò oportebit, quòd cum velit & amet.

io. d. *Domine magne in omnibus honorationibus & in omnibus honoribus!*
Tertia res, est *potentia imaginativa*: unde dicimus, quòd, secundùm quod potentia imaginativa continuat in imaginando res temporales sensuales, assuefiat anima ad obliviscendum & ignorandum suum

232 B.Raym. Lulli Lib. Contempl. Vol. III.
suum Creatorem & gloriam paradisi,
& propterea voluntas non habeat ar-
tem nec instrumentum, quo disamet
res temporales, & quo amet tuam glo-
riosam Essentiam; quia, sicut homo cho-
lericus accidentaliter fit phlegmaticus,
quando plus utitur victualibus frigidis
& humidis, quam calidis & siccis, ita
anima accidentaliter assuefit ad aman-
dum, secundum quod est magna imagi-
natio in re amata.

ii. Nam, sicut in tertio modo pri-
mæ figuræ vera conclusio habet signi-
ficationem mixtam ex veritate & falsi-
tate, ita, *Domine*, quando imaginativa
plus & frequentius tractat de rebus mun-
danis, quam de cœlestibus, tunc fal-
sò inamorat voluntatem hominis erga
res mundanas, licet quandoque memo-
ria Te memoret & intellectus Te intel-
ligat; quia, sicut in hoc syllogismo
est vera conclusio exiens à duabus præ-
missis, scilicet *aliquis homo est scrip-*
tor, omnis scriptor est animal, ergo
aliquis homo est animal, quæ conclu-
sio

Li. V. Dist. XXXIX. Cap. CCLXXXII. 233
sio dicit verum, & falsò significat,
quòd aliquis homo non sit animal, ita
imaginativa imaginatur veritatem, quan-
do imaginatur res hujus mundi; sed,
quia ratione ipsius imaginationis plùs
amantur res mundanæ, quàm Tu, ideo
imaginativa continet falsitatem in longa
continuazione memorandi & intelligen-
di res mundanas plùs, quàm suum Crea-
torem.

12. Igitur, qui vult inamorare su-
am animam erga Te, *Domine*, debeat
falsam imaginationem, quam habet in
creaturis, quando imaginativa est ser-
va sensitivæ plùs, quàm rationalis; quia,
sicut falsa significatio in prædicto syllo-
gismo evanescit, quando tertius modus
mutatur in primum, sicut quando di-
citur: *omnis homo est vivens sentiens* &
omne vivens sentiens est animal, ergo *om-
nis homo est animal*, quia tunc signifi-
catur impossibile esse aliquem hominem
non esse animal, & tunc significatio di-
rigitur in primo modo, quæ nou po-
test dirigi in tertio, ita, qui vult di-
rigere

234 B. Raym. Lulli Lib. Contempl. Vol. III.
rigere suam memoriam & suum intellectum & suam voluntatem in habendo artem amandi Te, *Domine*, removeat suam imaginationem à superflua quantitate temporis, in qua imaginatur delectationes mundanas, & imaginatur vilitatem mundi, ut memoria moret & intellectus intelligat & voluntas amet tuam gloriosam Essentiam benedictam & perfectas Qualitates, quæ sunt in ea.

13. c. *O Domine communis pauperibus & divitibus, invente in omni tempore, desiderate ab omnibus populis!* *Quarta* res, est *potentia rationalis*: unde dicimus, quod intellectualiter intelligamus quinque sensus intellectuales servire potentiam rationali & eam dirigere ad memorandum & intelligendum & amandum tuam gloriosam Essentiam; sed, sicut intellectus hominis recipit falsam formam, quando per tuam Sapientiam affirmat prædestinationem & non attendit ad tuam Potestatem & Justitiam & perfectam Voluntatem, ita potentia rationalis

Li. V. Dist. XXXIX. Cap. CCLXXXII. 235
tionalis Te memorat & intelligit & vult
falsò , quando sensitiva est domina ip-
sius & sensus intellectuales sunt servi sen-
suum sensualium.

14. Nam , sicut intellectus ignorat
liberam voluntatem & tuam Justitiam
& tuam Perfectionem , *Domine* , quan-
do respicit prædestinationem per tuam
Sapientiam tantùm , ita , quando po-
tentia rationalis est serva sensitivæ &
amat Te propter eam plùs , quàm prop-
ter Te & propter se ipsam , tunc amat
Te falsò , eò quòd falsò Te memoret
& intelligat : unde , sicut homo diri-
git suum intellectum in prædestinatione ,
quando eam memorat & intelligit cum
perfectione tuæ Potestatis & Sapientiæ
& Voluntatis & cum tua Justitia & Mi-
sericordia , ita , *Domine* , homo dirigit
rationalem potentiam , quando plùs a-
mat memorare & intelligere & velle Te
per proprietatem potentiae rationalis ,
quàm per proprietatem sensitivæ .

15. Igitur , cùm hoc ita sit , *Domini-*
ne , qui vult amare Te , sciat habere
artem

136 B. Raym. Lulli Lib. Contempl. Vol. III.
artem & modum , per quem potentiam rationalem sciat inducere & figurare verâ memoria & intelligentia & voluntate , quod indumentum & figuratio fit, quando potentia rationalis frui- tur gratiâ sui Creatoris, secundùm naturam & proprietatem , quam suus Crea- tor dedit memoriæ & intellectui & vo- luntati ipsius , quæ natura & proprie- tas est contraria naturæ accidentalí , qua ipsa rationalis induit & figurat memoriam & intellectum & volun- tam, quando Te amat secunda inten- tione & amat res sensuales prima in- tentione.

16. f. *Juste Domine , amoroſe, virtuoſe, glorioſe ! Quinta res , est potentia mo- tiva : unde dicimus , quòd sensualiter ſentiamus & intellectualiter intelligamus potentiam motivam eſſe potentiam , quæ inovetur actualiter & potentialiter, quando id, quod eſt in potentia addu- cit in actum , & id , quod eſt in actu, adducit in potentiam , ſive ſit sensua- le ſive intellectualē : igitur , cùm hoc*

ita

Li. V. Dist. XXXIX. Cap. CCLXXXII. 237
ita sit , qui vult amare Te , oportet,
quòd sciat habere artem & modum, per
quem adeo obliget & subdat potentia-
m motivam rationali , quòd nullate-
nus obediat sensitivæ sinè licentia ipsi-
us rationalis.

17. Igitur , cùm potentia motivæ,
Domine , habeat duos motus , scilicet
intellectualē & sensualem , & motus
intellectualis sit per rationalem poten-
tiā & sensualis per sensitivam , qui
vult esse tuus amator , oportet , quòd
motum sensualem moveat per intellec-
tualem, secundūm naturam potentiae ra-
tionalis , cui est datum memorare & in-
telligere & velle, ut amet suum Crea-
torem, & ut , secundūm quod eum me-
morat & intelligit & amat, moveat sen-
sualitatem ad dandum laudem & glori-
am de ipso ; & quando homo secun-
dūm istūm modūm scit ducere ambos
motus potentiae motivæ , tunc facit ve-
nire in actum bonum , quod est in po-
tentia & facit reverti in potentiam ma-
lam , quod est in actu privando ipsum
actualitate. 18. Sed,

18. Sed , quando homines peccatores non amant Te , *Domine* , tunc motiva sensualis movet intellectualem ad vanitates & peccata, & tunc est, sicut si molendinum retrocederet & moveret bestiam retro & bestia moveretur per motum molendini: igitur , sicut tale molendinum esset contrarium suo motui & motui bestie, ita, quando sensitiva movet rationalem & rationalis sinit se moveri ab ea , memoria & intellectus & voluntas non habent motum ordinatum, & propterea non moventur ad amandum Te nec ad serviendum Tibi, & tunc potentia motiva dicit in actum mala, quæ sunt in potentia & ducit in potentiam bona , quæ sunt in actu privando ipsa actualitate.

19. g. *Sapiens Domine in omnibus sapientiis, gratiose!* *Sexta res* , est *potentialitas & actualitas* : unde dicimus , quòd , sicut quædam res sensuales sunt in quantitate majores & meliores & pulchriores aliis , ita intellectualiter quædam memorationes & quædam intel-

lectio-

Li. V. Dist. XXXIX. Cap. CCLXXXII. 239
lectiones & quædam volitiones sint ma-
iores & ordinatores & virtuosiores aliis:
igitur , cùm hoc ita sit , qui vult esse
tuus amator, sciat sumere artem & mo-
dum in se ipso dandi suæ animæ pul-
chram & nobilem & magnam & virtuo-
sam memorationem & intellectuonem &
volitionem ; quia, in quantum potentia-
liter est virtus in anima , per quam ip-
sa intellectualiter potest habere bonum
& pulchrum & ordinatum memorare &
intelligere & velle actualiter , in tantum
potest homo habere artem & modum,
per quem habeat amorem erga suum
Creatorem.

20. *Gloriose DEUS ! Sicut in mate-
ria argenti vel auri sunt potentialiter
multæ formæ , ita in anima hominis est
potentialiter multa memoria & multa
intelligentia & multus amor ; & sicut
bonus artifex scit adducere de potentia
in aëtum pulchras formas in frusto ar-
genti vel auri , & hoc facit per artem ,
quam habet , ita , *Domine , qui sciret*
habere artem in amando Te , pos-
*set**

240 B. Raym. Lulli Lib. Contempl. Vol. III.
set ducere in actum multas pulchras
recordationes & multas nobiles cog-
nitiones & multas ferventes dilectio-
nes ; sed , sicut homo rusticus vel cœ-
cus ex frusto auri non scit extrahere
ullam pulchram figuram , ita homi-
nes peccatores sunt adeo excoecati in
amore vanitatum hujus mundi , quòd
non sciant ullam recordationem & in-
telligentiam & dilectionem habere erga
Te.

21. *Sanctificate Domine !* Sicut homo
potest onerare navem, quantum vult, ita
potest inamorare suam animam erga Te,
quantum vult ; quia , sicut navis habet
loca, in quibus homo potest ponere res,
quibus vult eam onerare , ita memo-
ria & intellectus sunt portæ, per quas
homo potest animam implere amore:
& , sicut homo evacuat navem, quan-
do per portam extrahit res, quibus ip-
sa est plena & onerata , ita evacuat a-
nimam tuo amore , quando non facit
eam memorare & intelligere Te secun-
dùm virtutem memorandi & intelligen-
di

Li. V. Dist. XXXIX. Cap. CCLXXXII. 241
di Te , quam habet in potentia ; & ,
sicut homo potest onerare & implere
navem quibuscunque rebus velit , ita
potest implere memoriam & intellec-
tum & voluntatem quibuscunque re-
bus velit ; & , sicut quædam naves sunt
oneratæ melioribus mercibus , quæm a-
liæ , ita quædam animæ melius & plus
& ferventiùs memorant & intelligunt &
volunt , quæm aliæ.

22. h. *Creator Domine, Benefactor omni-
bus bonis abundans ! Septima res , sunt
duæ intentiones : unde dicimus , quòd
sit natura amoris amare plus rem , quam
amat primâ intentione , quæm rem ,
quam amat secundâ , sicut homo plus
amat vitam , quæm cibum & potum ,
eò quòd amet vitam primâ intentione ,
& cibum & potum secundâ , quando
amat comedere & bibere ut vivat ; & iste
amor est in homine continente & tem-
perato in sua vita ; sed homo gulosus
facit oppositum , quia amat vivere , ut
multum possit comedere & bibere .*

23. Igitur , cùm hoc ita sit , *Domi-
ne,*
Q

242 B. Raym Lulli Lib. Contempl. Vol. III.
ne, qui vult habere artem & modum
amandi Te primâ intentione , memoret
& intelligat Te primâ intentione , &
memoret & intelligat omnes alias res,
secundâ intentione; & , qui vult me-
morare & intelligere Te primâ inten-
tione , memoret & intelligat Te plus
& frequentius , quàm omnes alias res,
quia natura est primæ intentionis me-
moriæ & intellectus non esse nisi in re-
bus plus & frequentius memoratis &
intellectis : igitur , quia homines pec-
catores plus & frequentius memorant
& intelligunt vanitates hujus mundi,
quàm cœlestem gloriam , propterea
plus amant ipsas , quàm cœlestem glo-
riam.

24. Igitur, si voluntas hominis, *Domi-
ne*, amat istum mundum , qui est res
vilos & transitoria & corrupta , plus,
quàm alium , quia iste mundus est plus
memoratus & intellectus , quàm aliis,
qui est res nobilis & permanens & glo-
riosa sinè ulla corruptione , quantò plus
ipsa est parata ad amandum Te , qui
sinè

Li. V. Dist. XXXIX. Cap. CCLXXXII. 243
sinè omni comparatione es res magis
digna amari primâ intentione , quām
omnes creaturæ primâ & secundâ in-
tentione ? igitur , cūm hoc ita sit , ho-
mīnes amantes se ipsos primâ intentione ,
& Te secundâ , non sunt digni amare Te ,
nec sunt digni amari à Te , nec ab ulla
alia re , & , quia habent amorem inor-
dinatum , sunt impatientes & falsi & pro-
ditores & inimici veri amoris.

25. i. *Virtuose Domine , fons virtutis
& gratiæ ! Octava res , sunt perfectio &
defectus : unde dicimus , quod sensuali-
ter sentiamus & intellectualiter intelli-
gamus perfectionem & defectum esse du-
as res contrarias , quarum quælibet co-
gnoscitur per aliam : igitur , qui vult ha-
bere artem & modum amandi Te , fa-
ciat suam memoriam memorare perfec-
tionem & defectum , ut suus intellectus
intelligat res , in quibus est perfectio
& res , in quibus est defectus , & sua vo-
luntas amet res perfectas & non amet
defectuosas.*

26. Nam , quia naturale est volun-
tati

244 B. Raym. Lulli Lib. Contempl. Vol. III.
tati amare perfectionem & non amare
defectum , & hanc naturam & proprie-
tatem habet voluntas ratione dignita-
tis , quam habet perfectio super defec-
tum in hoc , quòd perfectio sit digna a-
mari & defectus non , propterea , *Do-
mine* , quando anima memorat & in-
telligit perfectionem & defectum ina-
moratur erga perfectionem : igitur, cùm
hoc ita sit , qui vult habere artem a-
mandi perfectionem , memoret & in-
telligat tuam Perfectionem & perfectio-
nem , quam dedisti creaturis , & me-
moret & intelligat defectum , in quem
accidentaliter ceciderunt creaturæ per
peccatum ; & , si hoc faciat , habebit
artem & modum , per quem sua volun-
tas amabit tuam perfectam Deitatem
gloriosam.

27. *Gloriose Domine ! In quantum
memoria diutiùs & frequentiùs memo-
rat res magnas & novas & diversas, in
tantum ampliatur & extenditur in me-
morando , & hoc idem facit intellectus
in intelligendo , & quantum memoria
exten-*

Li. V. Dist. XXXIX. Cap. CCLXXXII. 245
extenditur in memorando & intellectus
in intelligendo , tantum extenditur vo-
luntas in amando : igitur , quia iste *Li-*
ber Contemplationis est homini ars ina-
morandi se erga Te , ideo est prolon-
gatus in tot Capita & in tot rationes
novas & diversas ; & , quia Capita &
rationes sunt in perfectione , propterea ,
quò plus memoria & intellectus appli-
cantur eis , eò plus formatur in volun-
tate ars & modus amandi Te .

28. k. *O Domine , qui vis quidquid ha-*
bēs in Potestate , & potes quidquid habēs
in Voluntate ? Nona res , est solitudo &
contemplatio : unde dicimus , quod vo-
lens habere artem & modum amandi
Te sit solitarius , ut sua memoria & su-
us intellectus possint melius contempla-
ri in Te , & per hanc contemplatio-
nem voluntas sit magis parata ad aman-
dum Te ; quia , sicut natura dat bovi
colligere herbam & postea eam rumi-
nare & masticare , & hoc facit natu-
ra , quia bos non haberet tempus ma-
ticandi , quando colligit totam herbam ,

qua

246 B. Raym. Lulli Lib. Contempl. Vol. III.
qua indiget, ita, *Domine*, oportet, quòd homo quinque sensibus sensualibus habeat artem & modum colligendi significaciones significantes tuam Nobilitatem, & postea quinque sensibus intellectualibus solitariè eas ruminet, ut possit contemplari in Te.

29. Igitur, quia solitudo *Domine*, est res similior & propinquior contemplationi intellectuali, quàm societas hominum, & res sensuales, dum sunt præsentes, impediunt tres virtutes animæ & quinque sensus intellectuales, quando anima vult contemplari in Te, propterea, qui vult amare Te ferventer & devotè ex omnibus viribus suæ memoriæ & sui intellectus & suæ voluntatis, oportet, quòd frequenter se segreget ab omnibus aliis & sit solus, ut tres virtutes suæ animæ possint melius esse in sua virtute & in suo robore.

30. Unde benedictus sis, *Domine Deus*; quia, sicut homo habet potestatem faciendi solitarias suas sensualitates, ita

Li. V. Dist. XXXIX. Cap. CCLXXXII. 247
ita habet potestatem faciendi solitariam
suam animam amovendo eam ab ope-
ribus mundanis , ut possit eam associa-
re cum tua gloriofa Essentia divina &
cum tuis operibus per contemplationem
memorando & intelligendo & volendo:
igitur , ad hunc finem Eremitæ ab ini-
tio & postea Monachi & alii Religio-
si amoverunt suam animam & suas sensua-
litates à rebus sensualibus & à vana glo-
ria mundana , quæ est contraria contem-
plationi tuæ gloriofæ Essentiæ divinæ.

CAPUT CCLXXXIII.

*Quomodo homo amet laudare nostrum Do-
minum JESUM Christum.*

i. a. **O** *DEUS gloriose , æternae , vir-
tuose , potens in omnibus po-
testatibus ! Sensualiter sentimus & in-
tellectualiter intelligimus , Domine ,
laudem dividi dupliciter , scilicet in lau-
dem intellectualis & laudem sensua-
lis , & laudem intellectualis esse , quan-
do*

248 B.Raym. *Lulli Lib. Contempl. Vol. III.*
do homo memorat & intelligit & a-
mat aliquam rem vel qualitates vel ope-
ra ipsius , & laudem sensualem esse, quan-
do homo ore laudat rem memoratam &
intellectam & amatam.

2. Unde, quia laus dividitur his duo-
bus modis , significatur humano intellectui laudem intellectualem uno modo
esse meliorem sensuali & laudem sen-
sualem alio modo esse meliorem intel-
lectuali . Ratio quare laus intellectua-
lis est melior sensuali, est , *Domine*, quia
anima potest plus memorare & intel-
ligere & amare , quam os possit loqui,
& majorem virtutem habet anima in
memorando & intelligendo & amando,
quam corpus in loquendo ; & ratio,
quare laus sensualis est melior intellec-
tuali, est communis utilitas , quoniam
homo , qui Te laudat prædicando
aliis , facit esse laudem in multis ani-
mabus.

3. Igitur , cùm ita sit , *Domine* ,
quòd laus dividatur in laudem in-
tellectualem & laudem sensualem, & u-
na

Li. V. Diff. XXXIX. Cæ. CCLXXXIII. 249
na laus valeat plùs uno modo & alia
alio modo , propterea oportet , quòd
nos , qui volumus contemplari in amo-
re , quem homo habet ad dandum lau-
dem de Te , fruamur in Te laude in-
tellectuali & laude sensuali , ut intellec-
tualiter & sensualiter simus tui laudato-
res.

4. b. *Æterne Domine in omni tempo-
re , cui fiant omnes honorationes !* Qui
intellectualiter & sensualiter vult esse tu-
us laudator , oportet , quòd excitet &
roboret suam memoriam & suum in-
tellectum & suam voluntatem ad lau-
dandum & benedicendum Te ; quia , per
hoc , quòd Tu sis dignus magnis laudi-
bus & honorationibus , oportet , quòd ,
qui Te vult laudare , Te laudet , ex
omnibus viribus suæ animæ & sui cor-
poris impendendo omnes vires suæ me-
moriæ & sui intellectus & suæ volunta-
tis in laudando Te , & per istas vi-
res intellectualles moveantur omnes vi-
res sensuales ad laudandum & benedicen-
dum Te .

5. Nam,

5. Nam , sicut sensualiter unum corpus movetur per aliud , ita , *Domine* , sensualiter & intellectualiter fit motus compositus ex intellectualitate & sensualitate in laudando Te , quando anima habet totam suam memoriam & totum suum intellectum & totam suam voluntatem in laudando Te : igitur , cùm hoc ita sit , ad laudem & gloriam Tuâ volumus intellectualiter & sensualiter laudare Te in *octo* rebus , scilicet *in tua Deitate* , & *in hoc quod non est tua Deitas* , & *in operibus tuae Deitatis* , & *in operibus que non sunt tuae Deitatis* , & *in tua Humanitate* , & *in hoc quod non est tua Humanitas* , & *in operibus tuae Humanitatis* , & *in operibus que non sunt tuae Humanitatis*.

6. Sed , quia nostra laus intellectualis & sensualis non potest laudare Te , *Domine* , in his *octo* rebus , secundùm quod ad Te pertinet , per hoc significatur , quòd laus , quàm possumus dare in his *octo* rebus , sit valde modica in comparatione laudis , quæ deberet dari

de

Li. V. Dist. XXXIX. Ca. CCLXXXIII. 251
de Te , per perfectam memoriam & intelligentiam & voluntatem & per perfectam sensualitatem , quam perfectionem non possumus habere in hoc mundo pleno defectu & corruptione & culpa.

7. c. *O Domine DEUS , qui multiplicas meas considerationes memorando tuas honorationes ! Prima laus dicitur de tua Deitate gloriofa : unde dicimus, quod intellectualiter intelligamus nostram animam memorare & intelligere & amare tuam Unitatem & tuam Trinitatem fruendo tua Infinitate & Vita & Æternitate & Potestate & Sapientia & Amore & Simplicitate & Gloria & Perfectione & aliis tuis Qualitatibus , & in quantum ipsa habet virtutem & vires ad contemplandum in Te isto modo, in tantum laudare tuam sanctam Dicitatem .*

8. Unde , cum nostra anima, *Domine* , sit finita in sua memoria & intellectu & voluntate , & tua Unitas & tua Trinitas & omnes tuæ Qualitates sint

sincè

252 B. Raym. *Lulli Lib. Contempl. Vol. III.*
sinè ullo fine , propterea ipsa non po-
test tantum laudare tuam Deitatem, quan-
tum hæc est digna laudari ; quia , si
nostra anima posset tantum laudare rem
infinitam , quantum hæc est digna lauda-
ri , ipsa esset infinita in sua memoria
& in suo intellectu & in sua voluntate,
quod est impossibile.

9. *Gloriose DEUS ! Quando lingua*
hominis Te laudat sensualiter dicendo,
quòd sis unus solus DEUS & sis una
Trinitas simplex gloria in omnibus
Virtutibus , tunc loquitur dictiones &
verba finita in tempore & quantitate,
sed id , quod verba significant est infi-
nitum & sinè quantitate & tempore:
igitur , cùm hoc ita sit , quis posset
æstimare , *Domine* , magnam laudem , qua
tua Deitas est digna laudari , & modi-
cam laudem , quam homo dicit de ipsa
per defectum sensualitatis , quæ non suf-
ficit ad loquendum infinitè in laudan-
do Essentiam & Qualitates carentes om-
ni fine ?

10. d. *Benedicte Domine , qui es nostra*
beati-

Li. V. Dist. XXXIX. Ca. CCLXXXIII. 253
beatitudo & nostra gloria! Secunda laus,
dicitur de hoc, quod non est tua Deitas:
unde dicimus, quod intellectualiter in-
telligamus nostram animam laudare Te,
quando memorat & intelligit & amat
Te non esse materiam nec formam nec
corpus nec rem alterabilem & morta-
lem nec corruptibilem nec habere ul-
lam constrictioneum nec ullum defectum
nec ullam passionem: igitur, sicut nos-
tra anima Te laudat intellectualiter,
quando memorat & intelligit & amat
id, quod Tu es, ita Te laudat
intellectualiter, quando memorat &
intelligit id, quod non es & amat,
quod non sis ulla res habens de-
fectum.

ii. *Gloriose Domine!* Quando homo
loquitur & dicit Te non esse rem ma-
terialem nec formalem nec ullam rem
in qua sit defectus, tunc Te laudat
sensualiter; sed laus non est sufficiens,
quia lingua non potest tantum pro-
nunciare nec continuare verba nec ne-
gare id, quod Tu non es, quantum
est

254 B. Raym. *Lulli Lib. Contempl. Vol. III.*
est verum in tua Essentia gloria non
esse ullam prædictarum rerum; quoni-
am infinitè & aeternaliter est verum,
quòd Tu non habeas ullum defectum,
& verbum non potest tantum dicere,
quantum est verum, quòd Tu non sis id,
quod non es.

12. *Vere Domine!* Quando Petrus
intellectualiter vel sensualiter laudat
Guillicium intelligendo vel pronun-
ciando ipsum non esse bestiam, tunc
laus, quam cogitat vel dicit, est ma-
jor, quam veritas, quam cogitat vel
loquitur: quia licet Guilielmus non sit
bestia per unam naturam vel per unam
diversitatem, tamen habet multas res
similes bestiæ in natura & proprietate,
sicut materiam & formam & corpus
& corruptionem & principium & fi-
nem & passionem & mortem; sed non
est ita de laude, quam homo intelli-
git & dicit de Te, *Domine*, imò est
oppositum, quia multo major veritas
est sine omni comparatione, quòd Tu
non sis res prædictæ, quam sit laus, quam
anima

Li. V. Dist. XXXIX. Ca. CCLXXXIII. 255
anima dat de Te memorando & intelligendo & volendo & corpus dicendo Te non esse res prædictas.

13. e. *Singularis Domine, sinè pari & aequali gloriose in tuo regno!* *Tertia laus dicitur de tuis operibus:* unde dicimus, quòd anima, quæ memorat & intelligit & amat tua opera Te laudet memorando & intelligendo & amando ipsa: igitur, quando anima considerat Te creasse & ordinasse mundum & Te sustinere & dirigere ipsum & in Te esse Justitiam & Misericordiam & Pietatem & Gratiam & Humilitatem & Patientiam, tunc Te laudat; sed non potest Te laudare tantum, quantum Tu operaris, quia majora & plura & meliora sunt opera, quæ Tu facis, quàm ipsa anima memoret & intelligat & velit.

14. *Humilis Domine!* Quando homo laudat tua opera sensualiter dicendo, quòd Tu solus sis Creator & Dominus & Benefactor, & quòd sis justus & pius & sic de similibus, tunc lingua non potest tantum nominare, quantum Tu opera-

256 B. Raym. Lulli Lib. Contempl. Vol. III.
operaris; quia tua opera sunt in tota
totalitate generum & specierum & in-
dividuorum, in quantum omnia recipi-
unt à Te gratiam & benedictionem, &
verbum non sufficit ad tot res nomi-
nandum & dicendum: igitur, cùm hoc
ita sit, secundùm hoc significatur,
quòd, sicut una gutta aquæ est res mo-
dica in comparatione totius maris, ita
& adhuc multò plùs, sinè omni com-
paratione, sit modica laus, quam ho-
mo potest dare de tuis gloriosis ope-
ribus in comparatione ipsorum ope-
rum.

15. *Juste Domine!* Sicut homo non
potest sufficere ad laudandum Te in tu-
is operibus ratione magnitudinis laudum,
quæ ad Te pertinent, ita alii homines,
quando laudant alios, non possunt suffi-
cere ad modicam laudem, quæ verè per-
tinet ad ipsos; quia, si Petrus dicit
Guillielmum esse bonum artificem in
faciendo castella vel turres, laus, quam
ei dat, est plùs mendax, quàm verax, eò
quòd castellum vel turris non possit esse
sinè

sinè materia, & Guillielmus non potest facere materiam sed solam formam artificialem, & etiam Guillielmus non fecit se ipsum, qui est artifex formæ artificialis: igitur, cùm hoc ita sit, plùs laudatur Guillielmus in castello vel turri, quàm sit id, quod est opus ipsius; sed non est ita de Te, *Domine*, imò est oppositum, quia multò plùs sinè omni comparatione est in uno solo flore, quem Tu facis, quàm possimus æstimare & loqui omnes homines.

16. f. *Domine Director tuorum benevolorum ad perdurablem beatitudinem!*
Quarta laus dicitur de operibus quæ non sunt tua: unde dicimus, quòd, quando anima memorat & intelligit & vult Te non facere defectus & peccata, tunc Te laudet memorando & intelligendo & amando, & hæc laus est intellectualis; sed, quia defectus & peccata, quæ Tu non facis, sunt multò plura, quàm anima possit memorare & intelligere, propterea ipsa non potest tantum laudare Te, quantum Tu es dignus

R

nus

258 B.Raym. *Lulli Lib. Contempl. Vol. III.*
nus laudari per hoc, quòd non facias
peccata & defectus.

17. *Gloriose Domine!* Quando homo
loquitur & dicit, quòd Tu non sis
injuriosus nec falsus nec homicida nec
mendax nec fornicator nec deceptor &
hoc idem de aliis vitiis, tunc Te lau-
dat sensualiter ; sed , quia Tu secundùm
tuam dignitatem deberes laudari in om-
níbus peccatis , quæ fiunt, dicendo &
nominando ipsa, & affirmando, quòd non
facias ullum illorum, & nullus homo nec
omnes possunt ea dicere ratione mul-
titudinis illorum , quæ sunt facta & fi-
unt & fient , propterea non est ullus
homo, qui posset sufficere ad laudan-
dum Te, secundùm laudem, quam con-
venit dici de Te.

18. Unde benedictus sis , *Domine DEUS* ; quia , sicut nulla laus sufficit
ad laudandum Te , ita omnis laus est
superabundans ad laudandum hominem;
quoniam , si Petrus laudat Guillielmum
dicendo , quòd non sit proditor nec
luxuriosus , forte Guillielmus fuit talis
&

Li. V. Dist. XXXIX. Ca. CCLXXXIII. 259
& Petrus, qui eum laudat, hoc ignorat; vel, si Guillielmus non est proditor & luxuriosus sensualiter, fortè est talis intellectualiter memorando & intelligendo & volendo proditionem vel luxuriam, &, si talis est, non est dignus laudari; vel, si Guillielmus nec sensualiter nec intellectualiter est proditor nec luxuriosus, fortè est invidus vel latro vel gulosus vel habet aliquod aliud vitium: igitur, cùm nullus homo, *Domine*, sit sínè omni peccato, omnis homo nimis laudatur, quando laudatur dicendo, quòd non sit malus.

19. g. *Sapiens Domine in omnibus sapientiis, honorate in omnibus honorationibus! Quinta laus dicitur de tua gloriofa Humanitate: unde dicimus, quòd, quando nostra anima laudat tuam Humanitatem memorando & intelligendo & amando & contemplando ipsam esse unitam cum Deitate, tunc laudet eam intellectualiter; sed laus non est adeo magna, sicut ad ipsam pertinet,*

260 B. Raym. *Lalli Lib. Contempl. Vol. III.*
net , quia multò major sīnē omni com-
paratione est virtus & nobilitas , quam
tua Humanitas habet ex **conjunctione**
Deitatis , quām id, quod nostra anima
potest memorare & intelligere & velle,
quoniam omnes Angeli & omnes ani-
mæ, quæ sunt, non possunt tantum ho-
norationis & virtutis memorare & in-
telligere & velle, quantum est in tua
virtuosa & excellenti Humanitate.

20. *Vere Domine !* Quando homo
sensualiter laudat tuam sanctam Huma-
nitatem dicendo , quòd sit unita cum
Creatore & sit sīnē omni comparatio-
ne melior , quām omnes creaturæ, tunc
laus non cū sufficiens virtuti & hono-
rationi , quæ est in ipsa ; quia, sicut tua
Humanitas superexcellit omnes creatu-
ras in valore & nobilitate , ita omnes
creatüræ non possunt dicere tantam lau-
dem de ipsa , quanta ad eam pertinet;
igitur , cūm hoc ita sit , quis est , qui
posset sufficere ad laudandum tuam pi-
am Humanitatem ? & quis posset æsti-
mare magnam nobilitatem , quam ipsa
signi-

Li. V. Dist. XXXIX. Ca. CCLXXXIII. 261
significat de suo Creatore , qui adeo nobilem creaturam creavit.

21. Igitur , cùm ita sit , *Domine DEUS* , quòd nulla creatura nec omnes creaturæ possint sufficere intellectualiter nec sensualiter ad dandum laudem de tua gloriosa Humanitate , beati sunt , qui sunt laudatores ipsius ex omnibus viribus suæ memoriæ & sui intellectus & suæ voluntatis & ex omnibus viribus suæ sensualitatis , & beati sunt , qui ad laudandum eam sunt pauperes & torquentur & moriuntur , & beati sunt , qui veris ploratibus & lacrymis laudant ipsam , quæ verè flevit & mortua est , quia verè amat nos peccatores : igitur , cùm tales laudatores sint beati , maledicti sunt , qui blasphemant & irrident tuam Humanitatem dignam omni honore.

22. h. *O Domine , qui es & fuisti & eris ante & post omne tempus ! Sexta laus dicitur de hoc quod non est tua Humanitas :* unde dicimus , quòd Petrus & Guilliclmus , & sic de aliis individuis rationa-

262 B. Raym. Lulli Lib. Contempl. Vol. III.
tionalibus, non sint tua Humanitas, quia
ipsa sola est unita cum Deitate, cum
qua non est unita ulla alia creatura, eò
quòd alia individua rationalia sint crea-
ta ad habendum beatitudinem in tua Hu-
manitate, & tua Humanitas sit creata
ad habendum beatitudinem in unione
tuæ Deitatis & ad dandum beatitudinem
Sanctis gloriæ.

23. *Humilis Domine!* Cùm Tu adeo
honoraveris tuam gloriosam humanita-
tem super omnes creaturas, & falsi ju-
dæi eam blasphemant & inhonorent
opinando in ea esse vilitatem, quam
ipsi putant, & Saraceni non credant
eam esse unitam cum Deitate nec re-
creasse mundum, fideles Christiani de-
berent valde verecundari & reprehien-
di, quia non cunt ad laudandum tuam
Humanitatem, quam Tu adeo hono-
rasti & exaltasti, nec reprehendunt in-
fideles, qui eam in sua falsa credentia
in tanta vilitate inhonorant negando in
eā id, quod est nobilius, & attribuen-
do ei id, quod est pejus & vilius, si in
ea esse.

24. *Gratiose Domine!* Infideles vilipendendo & contemnendo tuam gloriosam Humanitatem putant honorare tuam Deitatem , quam vilipendunt & contemnunt vilipendendo & contemnendo illam creaturam , per quam tua Deitas melius significatur in suis perfectionibus & in suis nobilitatibus & in suis honorationibus , quam per omnes alias creatureas : igitur , cum ipsi contemnant id , quod Tu plus amas & appretias , & non ament id , per quod Te demonstras nobis meliorem in virtute & nobilitate , impossibile est , quod amentur & honorentur a Te , quia non est natura amici amare & honorare illos , qui vilipendunt & inhonorant suum amatum.

25. i. *O Domine , qui inamoras meum cor tuis amoribus & me latificas tuis placitis ! Septima laus dicitur de operibus tue Humanitatis :* unde dicimus , quod , quando nostra anima memorando & intelligendo & amando considerat humanam speciem esse honoratam maxima hono-

264 B. Raym. Lulli Lib. Contempl. Vol. III.
honoratione per tuam Humanitatem ,
quæ est conjuncta cum Deitate , tunc
laudet tuam Humanitatem memorando
& intelligendo & amando , sed multò
major est sinè omni comparatione bo-
num & honoratio , quam tota huma-
na species ab ea recipit , quām nostra
anima possit memorare & intelligere &
velle.

26. Sicut nostra laus intellectualis
non potest sufficere , *Domine* , ad lau-
dandum opera tuæ Humanitatis , ita
multò minùs potest sufficere nostra laus
sensualis , quia omnes creaturæ non pos-
sent dicere nec scribere bonum , quod
est tractatum & ordinatum & directum
ab ipsa ; quoniam adeo magna res est
tua gloria Humanitas ratione unionis ,
quam habet cum Deitate , quòd om-
nes creaturæ non possent de ea dicere
tantam laudem , quanta est una sola sig-
nificatio , quam ipsa dat de tua Dei-
tate in qualibet tuarum Qualitatum , nec
omnes creaturæ possent dicere magnum
adjutorium , quod ipsa nobis facit in
hoc

Li. V. Dist. XXXIX. Ca. CCLXXXIII. 265
hoc mundo, nec magnum bonum, quod
nobis evenit ex hoc, quod per eam si-
mus recreati.

27. *Cælestis Domine!* Quis est, qui
posset tantum laudare tuam gloriosam
Humanitatem, quanta est gloria, quam
ipsa dat Sanctis paradisi, & pœna in-
fernalis, à qua nos redemit recreando
nos? non est ulla natura intellectualis
nec sensualis in homine, quæ sufficiat
ad laudandum ipsam intellectualiter nec
sensualiter: igitur, cùm hoc ita sit, be-
nedita, *Domine*, sit tua gloriosa Hu-
manitas, quæ est major & melior om-
ni laude, quæ possit de ea dici, & be-
nediti sint omnes, qui ex omnibus suis
viribus intellectualibus & sensualibus lau-
dant opera ipsius.

28. k. *Rex Regum, Domine Dominorum,*
Amator tuorum servorum! Octava laus
dicitur *de operibus quæ non sunt tuae Hu-*
manitatis: unde dicimus, quòd, quan-
do homo vult laudare tuam sanctam
Humanitatem laude intellectuali & sen-
suali, tunc memoret & intelligat & ve-
lit


266 B. Raym. *Lulli Lib. Contempl. Vol. III.*
lit & dicat, quòd ipsa nunquam fecerit nec faciat nec faciet ullum peccatum mortale nec veniale, quia adeo sunt perfectæ sua intellectualitas & sua sensualitas in virtutibus, quòd nullum peccatum parvum nec magnum possit capi in eis.

29. *Honorate Domine!* Sicut in verbo, quando est dictum & recepit figuram, & in lapide, quando est projectus & accepit rectitudinem, est impossibile, quòd non fuerit figura & rectitudo, ita, & adhuc multò melius sine omni comparatione, tua gloria Humanitas fuit creata in adeo magna puritate & in adeo magna perfectione & honoratione, quòd impossibile fuerit & sit & erit esse in ea ullum peccatum vel ullam culpam vel ullum erratum vel ullum defectum: unde hoc est valde mirum, *Domine*, quòd ita sit impossibile tuæ Humanitati, quæ est creatura, facere peccatum, sicut est impossibile tuæ Deitati, quæ est Creator.

30. Qui amat esse verus laudator
tuæ

Li. V. Dist. XXXIX. Ca. CCLXXXIII. 267
tuae Humanitatis, *Domine*, laudet eam
apud illos, qui eam vituperant; quia ip-
sa multò plūs laudatur, quando laudatur
apud illos, qui eam vituperant, quām
quando laudatur apud eos, qui eam non
vituperant, & multò plūs & altius lauda-
tur, quando suus amicus eam laudat in
periculo mortis & in afflictionibus & plo-
ratibus & laboribus apud infideles, quām
quando eam laudat sīnē laboribus &
sīnē ullo periculo: igitur, cūm tua glo-
riosa Humanitas, *Domine*, sit adeo dig-
na laudari, quomodo potest esse &
unde provenit & à quo desumitur, quòd
non accipiuntur omnes modi, quibus
ipsa potest laudari in omnibus locis, in
quibus non laudatur, ad gloriam ,

Tuī, qui es noster glorio-
sus DEUS?



CAPUT

CAPUT CCLXXXIV.

*Quomodo homines mundani habeant ma-
jorem amorem erga res mundanas,
quam erga nostrum Domi-
num DEUM.*

1. a. **O** *DEUS perfecte, in quo non est
ullus defectus nec culpa, cui
fiat reverentia & honor semper!* Cùm
nos velimus inquirere amorem, quem
homines mundani habent erga istud sæ-
culum & amorem, quem habent erga
Te, oportet, *Domine*, quòd inquisitio-
nem faciamus sensualiter & intellectua-
liter cum tribus Virtutibus animæ in
novem rebus, quæ sunt *possessiones*, *di-
vitiae*, *virtualia*, *delectationes*, *pulchra
fæmine*, *cognati*, *honoratio*, *ornamenta*,
& *malum*.

2. Unde, quia res, quæ amantur in
hoc mundo sunt multæ & diversæ, prop-
terea, *Domine*, in prædictis novem re-
bus volumus inquirere quænam res plùs
ame-

Li. V. Dist. XXXIX. Ca. CCLXXXIV. 269
ametur in hoc mundo , scilicet an Tu,
an verò res prædictæ ; & hunc amorem
inveniemus inveniendo quænam res in
hoc mundo plùs memoretur & intelli-
gatur , quia res , quæ plùs & frequen-
tiùs & à pluribus hominibus memora-
tur & intelligitur necessarium est, quòd
plùs ametur.

3. Unde , sicut homo sensualiter
mensurat unum lignum cum alio , ut vi-
deat quodnam sit majus , ita nos, *Do-
mine* , memorando & intelligendo men-
surabimus intellectualiter unum amo-
rem cum alio inquirendo quænam res
plùs ametur in hoc mundo ; & hoc fa-
ciemus intentione contemnendi mun-
dum , qui non est dignus amari plùs,
quàm Tu , & intentione contemnendi
amatores ipsius mundi, ut amemus tuos
amatores.

4. b. *Laudate Domine ab omnibus Sanc-
tis gloriae ! Prima res sunt possessiones :*
unde dicimus , quòd sensualiter sentia-
mus & intellectualiter intelligamus in
hoc mundo amari vineas & campos &
castel-

270 B. Raym. Lulli Lib. Contempl. Vol. III.
castella & oppida & civitates & prin-
cipatus & regna & imperia & prælatu-
ras: igitur memorando & intelligendo
hoc, oportet inquirere an sint tot ho-
mines amantes Te, quot sunt aman-
tes res prædictas, & an adeo ferven-
ter ament Te, sicut amant istas posse-
siones.

s. Et, quia homo, *Domine*, per
res sensuales percipit res intellectuales,
& amor est res intellectualis, propte-
rea oportet inquirere amorem cum na-
tura sensuali: unde dicimus, quod mul-
tò plures sine omni comparatione vi-
deamus esse homines cuntes sursum &
deorsum & ad omnes partes & ad di-
versa loca ad congregandum posses-
siones, quam ad laudandum & benedi-
cendum Te: igitur: cum hoc ita sit,
per hoc significatur, quod à pluribus
memorentur & intelligantur posses-
siones hujus mundi, quam tuæ honora-
tiones, & per hanc sensualitatem sig-
nificantur, quod voluntas hominum sit
major & in majori quantitate in rebus
plus

Li. V. Dist. XXXIX. Ca. CCLXXXIV. 271
plùs memoratis & intellectis, quàm in re
minùs memorata & intellecta.

6. Unde , quando mea anima , *Domi-*
nine , memorat & intelligit , quòd pro
uno homine, qui amat Te, sint centum,
qui amant possessiones , & memorat &
intelligit , quòd Tu sis sìne omni compa-
ratione melior in creando unum florem
vel unam formicam vel unam glebam
terræ , quàm sint bonæ & proficuæ om-
nes possessiones possessæ ab homine,
tunc incipit valde mirari , quia est val-
de mirabile & valde extraneum , quod
creaturæ amentur plùs, quàm Creator.

7. c. *Creator Domine cæli & terræ &*
omnium rerum ! Secunda res sunt di-
vitiae : unde dicimus , quòd sensualiter
sentiamus in hoc mundo plures nomi-
nari denarios & thesauros & alias res
mobiles , quàm Te, & plures esse libros,
in quibus scribuntur & plures esse scrip-
tores & computatores denariorum, quàm
homines nominantes Te & scribentes
tuas honorationes & computantes tuas
laudes.

¶. Etiam

8. Etiam sensualiter sentimus, *Dominus*, quod pro una fame vel siti vel pro una infirmitate vel paupertate vel pro una anxietate vel morte, quae in hoc mundo sustineatur pro tuo amore, sustineantur centum pro divitiis: igitur, cum hoc ita sit, per hoc sensualitas ista significat, quod anima, quae plus tractat de pecuniis, quam de Te, plus & ferventius memoret & intelligat & amet divitias hujus mundi, quam Te.

9. Unde, quando mea anima, *Dominus*, cogitat tuum valorem & tuum altum dominium & vilitatem & misericordiam, quae est in thesauris hujus mundi, qui sunt res mortua & sine ratione, & res, quam homo debet relinqueret, tunc miratur ex omnibus viribus suae intellectualitatis; quia major mirabilis, quae esse possit, est, quod major & ferventior & diligentior voluntas exeat à memoria memorante & intellectu intelligente aurum & argentum, quam à memoria memorante & intellectu

Li. V. Dist. XXXIX. Cæ. CCLXXXIV. 273
lectu intelligente suum DEUM & suum
Creatorem ; & , quando mea anima est
valde mirata de hac adeo magna mi-
rabilitate , tunc memorat & intelligit
hanc extraneitatem adeo magnam es-
se in hoc mundo , quia major extra-
neitas , quæ esse possit est peccatum in
creatura.

io. d. *Patiens Domine pacificans tuos
benevolos ! Tertia res sunt virtualia :*
unde dicimus , quòd sensualiter sentia-
mus homines plùs nominare bonum pa-
nem & bonum vinum & bonam car-
nem & bonos pisces & bonos fructus,
quàm bonum DEUM , & plùs inqui-
rere placita , quæ sentiunt in prædictis
rebus , quàm placita , quæ anima habet
in amando Te & in movendo corpus
ad nominandum Te : igitur , cùm hoc
ita sit , per hanc sensualitatem significa-
tur nostro intellectui plures esse homi-
nes , qui imemorant & intelligunt & a-
mant plùs & ferventiùs prædictas res,
quàm suum Creatorem.

ii. Nam , si plures homines , *Domi-
ne,*
S

274 B. Raym. Lulli Lib. Contempl. Vol. III.
ne, memorarent & intelligerent suum
Creatorem plūs, quàm victualia prædic-
ta, & frequentiùs & ferventiùs eum
memorarent & intelligerent, frequenti-
ùs nominarent cum, quàm panem &
vinum & alias res similes; quia, sicut
est naturale corpori moveri versùs rec-
titudinem, versùs quam impellitur ab
alio corpore, ita est naturale linguæ
moveri ad nominandum plures res, quas
memoria plūs memorat & intellectus plūs
intelligit & voluntas plūs amat.

12. Igitur, cùm panis & vinum &
caro & alia victualia sint créaturæ &
pervertantur in corruptionem & ex eis
generentur apostemata & putredines &
stercora & aliæ res immundæ ad dicen-
dum & scribendum, & placita, quæ
dant, sint brevia & vana & leviter trans-
cuntia, & ipsa victualia non sint de
natura intellectuali, & Tu, *Domine*, sis
æternus & infinitus & Creator & Do-
minus omnium rerum & sis de natu-
ra intellectuali: unde venit hæc natura
ad eo repugnans & hæc bestialitas in ani-
ma,

Li. V. Dist. XXXIX. Cæ. CCLXXXIV. 275
ma , quæ plùs amat placita sensualia,
quàm intellectualia ? Et quare plùs a-
mat memorare & intelligere id , quod
non est suus Creator, & id, quod non
est sibi simile in natura , quàm suum
Creatorem & suum DEUM & suum
Amatorem ?

13. e. *O Domine , qui salvas & diri-
gis tuum servum in tuis amoribus ! Quar-
ta res sunt delectationes : unde dicimus ,*
quòd sensualiter sentiamus homines hu-
jus mundi habere valde magnum pla-
citum & magnam delectationem in ve-
nando & in saltando & in pulsando in-
strumenta & in equitando & in luden-
do & in ridendo & in diversionibus &
in aliis rebus similibus ; & quando mea
anima , *Domine , cogitat in ista sensua-
litate & æstimat quinam homines sint
plures , & in quibus rebus pluries delec-
tentur , scilicet , an in rebus prædic-
tis , an verò in amando & laudando Te ,*
tunc certificatè cognoscit plures esse ho-
mines & plures esse horas & dies , in
quibus amantur prædictæ delectatio-

næs

276 B. Raym. Lulli Lib. Contempl. Vol. III.
nes in hoc mundo , quām sint ho-
mines & dies & horæ , in quibus Tu a-
maris.

14. Unde benedictus sis, *Domine DE-*
US; quia sicut duæ propositiones con-
cordantes necessariò significant conclusionem , ita , quando mea memoria me-
morat & meus intellectus intelligit res
prædictas , significatur meæ animæ mul-
tò plūs & frequentiùs amari vanas de-
lectationes hujus mundi , quām Te, qui
es perfectus in omnibus bonis ; quia , qui
numeraret verba , quæ Reges & Princi-
pes & equites & alii homines dicunt
nominando equos & accipitres & falco-
nes & canes & choreas & cantiones &
arma & ludos & alias res similes , pro
uno verbo, quod posset computare, illo-
rum , qui Te laudant & nominant, pos-
set computare decem illorum, qui amant
delectationes temporales.

15. Igitur , qui vult videre mirabi-
le super omnia mirabilia , veniat , *Do-*
mine , ad videndum , quām magna de-
mentia & supra omnem stultitiam est,
quòd

Li. V. Dist. XXXIX. Ca. CCLXXXIV. 277
quòd homines delectentur in volatu fal-
conis & in cursu equi vel canis vel
in sono instrumenti mortui plùs,
quàm in operibus, quæ fiunt à tua per-
fecta Potestate & Sapientia & Volunta-
te; & qui non ploravit nec planxit
sua peccata & peccata sui proximi, ve-
niat ante istos, qui habent majus pla-
citum memorando & cogitando in bes-
tiis & avibus, quam in suo Creatore,
& plùs delectantur in occidendo & vul-
nerando homines, quàm in sanando &
adjuvando eos; &, quando erunt co-
ram ipsis, plorent & clament quoisque
perversi peccatores evigilent & videant,
in quo delectantur, & quodnam placi-
tum perdant.

16. f. *Creator Domine, benedicte, glo-
riose! Quinta res sunt pulchræ fæminæ:
unde dicimus, quòd sensualiter sentia-
mus multos homines adeo amare fœ-
minas, quòd propter ipsas sustineant
famem & sitim & calorem & frigus &
labores & multa pericula, & multos
expendere quidquid habent & mori prop-
ter ipsas.*

17. Un-

17. Unde , quando mea anima, *Domine*, cogitando dicit suam memoriam & suum intellectum ad imaginandum res , quas homines faciunt pro fœminis , & res-, quas faciunt pro tuo amore , tunc significatur ei majorem voluntatem & majorem fervorem habere homines in amando fœminas , quam in amando Te , quia memoria ipsorum eas memorat frequentius & intellectus ipsorum eas intelligit diligentius, quam suum Creatorem , & propterea oportet de necessitate , quod voluntas eas amet frequentius & ferventius , quam Te ; quia , nisi ita esset , demonstratur nostræ sensualitati , quod plures essent homines , qui expenderent pro Te & qui morerentur & laborarent pro Te, quam qui expendunt & laborant & moriuntur pro fœminis.

18. Igitur , cùm Tu , *Domine* , sis Dominus adeo altus & adeo excellens & mirabilis & adeo purus & gloriōsus , & finalis ratio, propter quam homines amant fœminas, sit occasio tan-

tæ

Li. V. Dist. XXXIX. Ca. CCLXXXIV. 279
tæ immunditiæ & putrefactionis & corruptionis & turpitudinis, & sit occasio tot malorum & periculorum & falsitatum & fraudum, quomodo potest esse tanta maledictio & cœcitas, quòd sint plures amatores immunditiæ & luxuriæ, quàm tuarum perfectarum & gloriosarum Qualitatum!

19. g. *Liberalis Domine abundans omnibus bonis, misericors plene omnibus gratiis!* *Sexta* res sunt *cognati*: unde dicimus, quòd sensualiter sentiamus homines plus amare suos filios & suos consanguineos, quàm suum DEUM, & plures esse, qui suos filios & consanguineos amant plus quàm DEUM, quàm, qui DEUM amant plus quàm ipsos, & quòd hoc sit verum manifestè significatur & demonstratur nostræ sensualitati.

20. Nam, sicut sensualiter sentimus plus amari aurum, quàm plumbeum, & frumentum, quàm hordeum, ita, *Domine*, sentimus plura opera fieri & plus vincas plantari & plus negotiari pro amo-

280 B. Raym. Lulli Lib. Contempl. Vol. III.
amore , quem habent homines erga suos filios , quàm pro amore , quem habent erga Te ; quia , si Tu majori amore amareris & à pluribus hominibus , quàm filii hominum , nostra sensualitas sentiret plures esse negotiations hominum in tuis laudibus & in tuis honorationibus , quàm in suis filiis ; & , quia ista sensualitas non sentitur à nobis , significatur , quòd plus amentur filii parvuli impotentes sínè intellectu & ratione scabiosi immundi & venientes à peccato & culpa , quàm Tu , qui es melior & nobilior , qui sit & esse possit.

21. Igitur , cùm filii & cognati , quando homo est mortuus , ament plus denarios & bona defuncti , quàm ipsum defunctum , & homines , qui moriuntur , ament plus suos filios & cognatos , quàm Te , & isti non possint eos juvare in morte nec eis remittere peccata nec eos resuscitare , & Tu , Domine , possis & scias & velis omnes istas res , & tuâ sancta Passione recreaveris humanam spe ciem ,

Li. V. Dist. XXXIX. Ca. CCLXXXIV. 281
ciem , propterea , qui vult videre mirabile super omnia mirabilia veniat ad videndum illud in hominibus amantibus suos filios & cognatos plus , quam Te. In veritate dico Tibi , *Domine* , quod , quando tuus servus contemplatur istas res , parum desit ut exeat à suo sensu & sint omnes sui dies in ira & dolore & ploratu præ magna inhonoratione , quam homines faciunt tuo glorioso amori , quando super ipsum habent alium amorem vitiosum.

22. h. *Magne Domine super omnem magnitudinem , fortis Domine super omnem fortitudinem ! Septima res est honoratio: unde dicimus , quod sensualiter sentiamus & intellectualiter intelligamus homines in generali plus intendere in suam honorationem , quam in tuam , quia multò plures sunt , qui laborant , ut honorentur , quam , qui laborant , ut Tu honoraris , & plures & majores sunt labores & solicitudines & pericula , quæ sustinent ad honorandum se ipsos vel suum dominum terrenum , quam ad honora-*

282 B. Raym. *Lulli Lib. Contempl.* Vol. III.
norandum suum Creatorem & suum
DEUM.

23. Igitur, cùm hoc ita sit, & Tu,
Domine, sis DEUS æternus, infinitus,
perfectus, omnipotens, & supremum
bonum, & homo sit creatura valde vi-
lis & misera in comparatione sui DEI,
& sit saccus siorum corruptus in pec-
cato, unde provenit, quòd perversa
voluntas ipsius amet plús honoratio-
nem pro ipso, quàm pro Te; & qua-
re perversa memoria hominis plús me-
morat honorationem creaturæ, quàm
Creatoris; & quare perversus intellec-
tus ipsius non intensius attendit ad
honorationes, quæ ad Te pertinent,
quàm ad honores, quæ ad hominem
non pertinent?

24. Si Tu, *Domine*, essem in esse ab
homine & homo esset à se ipso, esset
bonum, quòd homo honoraretur su-
per Te; sed, cùm hoc ita non sit, &
Tu creaveris hominem ad honorandum
Te plús, quàm se, quomodo est ho-
mo adeo insensatus, quòd plús amet
memo-

Li. V. Dist. XXXIX. Ca. CCLXXXIV. 283
memorare & honorare se ipsum, quām
Te? & quomodo potest esse, quod ho-
mines, sive etiamsi essent Papa Cardi-
nales Religiosi Prælati vel Principes, po-
testatem , quam eis dedisti ad hono-
randum Te , non impendant in tuam
honorationem ? quia , in quantum ha-
bent potestatem honorandi Te & non
utuntur eā , in tantum Te faciunt in-
honorari in sanctis locis civitatis Je-
rusalem & in cordibus hominum infi-
delium , qui credunt in falsos Prophe-
tas, & , qui idola & serpentes adorant
& honorant, tanquam si essent DEUS &
Creator ipsorum.

25. i *O DEUS sancte gloriose, Amator
illorum, qui Te amant? Octava res sunt
ornamenta: unde dicimus, quòd sen-
sualiter sentiamus & intellectualiter in-
telligamus plures esse viros & mulieres
sinè omni comparatione , qui inten-
dunt in ornatu suarum vestium & sua-
rum facierum & suorum equorum &
suarum camerarum & suorum palatio-
rum , quām qui intendunt in ornatum
&*

284 B. Raym. *Lulli Lib. Contempl. Vol. III.*
& purificationem suarum animarum, ut
in virtutibus earum significetur & re-
veletur humano intellectui nobilitas
Creatoris.

26. *Gloriose DEUS!* Qui ferventi vo-
luntate amat ornementa sensualia, quo-
modo potest esse, quòd non ferven-
tiùs amet ornementa virtutum intel-
lectualia? quia anima, quæ amat pan-
num esse pulchri coloris & faciem fœ-
minæ esse pulchram & corpus esse be-
ne compositum & cameras & domos
esse magnas & pictas, non est ulla ha-
rum rerum, quas amat esse pulchrè or-
natas, quoniam omnes sunt res sensua-
les, & ipsa est res intellectualis: igitur,
si anima in rebus, quæ non sunt ipsa,
amat pulchritudinem & ornatum, quo-
modo potest esse, quòd non amet or-
natum & pulchritudinem in memoria,
quæ memoret virtuosè & in intellectu,
qui intelligat verè & in voluntate, quæ
amet perfectè, cùm istæ tres vir-
tutes sint ipsa & ipsa sit istæ tres virtu-
tes?

27. Si

27. Si animæ hominum peccatorum vanigloriosorum amant ornamenta sensualia corporis , & si in domo , quam inhabitant, est aliqua immunditia statim habent magnam animositatem purgandi ipsam , & si in faciem vel in pallium mulieris bene induitæ & ornatæ cadit aliqua macula sanguinis vel putredinis, anima est valde diligens in amovendo eam, quomodo potest esse , *Domine* , quòd animæ hominum justorum non videant magnam turpitudinem & deformitatem ornatūs , qui est in hoc mundo in hoc, quòd adorentur idola & serpentes , & Tu, qui es noster Recreator, JESU Christe sis contemptus & blasphematus à Judæis ? est ulla camera vel ullum palatium, in quo turpius posset esse cloaca sterorum, quam prædictæ res in mundo & inter fideles Christianos ?

28. k. *DEUS* , qui es solatium & confortatio meorum amorum ! Nona res est malum : unde dicimus , quòd sensualiter sentiamus & intellectualiter intelligamus malum in hoc mundo plus amari,

286 B. Raym. Lulli Lib. Contempl. Vol. III.
ri, quām bonum; quia, si bonum amaretur plūs, quām malum, homines facerent plus boni, quām mali, & plures essent boni, quām mali: unde, cùm plura mala faciant homines, quām bona, per hoc significatur, *Domine*, quòd malum ametur plūs, quām bonum; &, cùm bonum sit ex parte Tuī, & malum non, significatur, quòd plūs & frequentiùs memorent & intelligant & ament homines malum, quām Te.

29. Igitur, cùm Tu, *Domine*, sis supremum bonum, & peccatum & malum sint res viliores, quæ esse possint, valde miror quomodo possit esse adeo magnus defectus in animabus hominum, quòd frequentiùs & ferventiùs memorent & intelligant & ament malum & peccatum, quām tuum bonum & tuam gloriam, in qua non est ullus defectus, quia peccatum & malum non habent dignitatem nec naturam, per quam debeant memorari & intelligi, nisi tantum, ut cognoscatur bonum & perfectio, quæ est in Te & à Te in creaturis.

30. Glo-

30. *Gloriose DEUS!* Multi homines putant plūs amare bonum, quàm malum, & decipiuntur in hoc, quòd ament malum putando amare bonum, quia omnes, qui amant habere id, quod eis non convenit, sunt amatores mali, quoniam malum esset eis habere id, quod eis non convenit: igitur, cùm sint plures homines, qui ferventiùs amant id, quod eis non convenit, quàm, qui amant id, quod eis convenit, plures sunt amatores mali, quàm boni: igitur, cùm hoc ita sit, quid erit de nobis peccatoribus, *Domine*, in quibus est adeo magnus defectus, quòd tot res amemus plūs, quàm Te? Quid facit tua dulcis Misericordia, cur non dirigit nos ad amandum Te per suam dulcem pietatem? Et quid faciunt nostri oculi, cur non plorant istos defectus, qui sunt tot & adeo magni? Et cur nostrum cor non pœnitet nec petit gratiam & indulgentiam
à suo misericordi
DEO?

CAPUT

CAPUT CCLXXXV.

*Quomodo sit magnus amor inter nostrum
Dominum JESUM Christum & nostram
Dominam Sanctam MARIAM Vir-
ginem gloriosam.*

1. a. **D**EUS humilis, excellens, Gloriā omnium gloriarum & Splendor omnium splendorum! Qui vult inquirere magnum amorem, qui est in Te erga nostram Dominam, & in nostra Domina erga Te, oportet, *Domine*, quòd eum inquirat cum memoria memorante Te & nostram Dominam & intellectu intelligente Te & ipsam & voluntate amante Te & ipsam, quia, aliter non posset ipsum invenire nec cognoscere.

2. *JESU Christe Domine!* Cùm Tu sis duæ naturæ simul, scilicet Natura divina & Natura humana, oportet, quòd nostra inquisitio fiat inquirendo amorem, qui est inter tuam divinam Naturam

Li. V. Dist. XXXIX. Ca. CCLXXXV. 289
turam & gloriosam Virginem , & amo-
rem , qui est inter tuam humanam Na-
turam & ipsam gloriosam Virginem ,
quia amor , qui est inter Te & ipsam ,
est uno modo quoad tuam divinam
Naturam & alio modo quoad huma-
nam.

3. *Gloriose DEUS ! Sicut homo visu
sensuali inquirit figuram suæ faciei in
speculo sensuali , ita oportet , quòd tri-
bus virtutibus animæ inquiramus in
magnitudine intellectuali magnum amo-
rem , qui est inter Te & nostram Do-
minam sanctam MARIAM ; sed , quia
iste amor est valde major sinè omni
comparatione , quàm nos possimus me-
morare & intelligere , propterea , *Do-
mine* , oportet affirmare ipsum esse multò
majorem , quàm sit amor , quem nos pos-
sumus memorare & intelligere.*

4. b. *O Domine DEUS gloriose , qui
tuo amore honoras meum amorem ! Pri-
mus modus est in amore , qui est inter
tuam Deitatem & nostram Dominam
Virginem gloriosam , benedicta sit ipsa:*

T

unde

290 B. Raym. *Lulli Lib. Contempl. Vol. III.*
unde dicimus , quòd , quando nostra
anima considerat amorem , qui est in-
ter tuam Deitatem & nostram Domi-
nam , tunc memoria significet intellectui
tres esse res , quæ valent multò plus ;
quàm omnes aliæ res , & istas tres res
esse tuam sanctam Deitatem & tu-
am gloriosam Humanitatem & nos-
tram misericordem Dominam sanctam
MARIAM.

5. Igitur , cùm sit naturale amori ,
Domine , amare amatum secundùm va-
lorem amici & secundùm valorem
amati , & sit naturale tuæ Deita-
ti , amare secundùm magnitudinem ,
quæ pertinet ad amorem ipsius , & nos-
tra Domina sancta MARIA post suum
Filium sit melior omnibus creaturis ,
quando mea anima istas res contempla-
tur , significatur mco intellectui multò
majorem esse amorem , qui est inter tu-
am Deitatem & nostram Dominam ,
quàm mea anima possit memorare & in-
telligere & velle.

6. *Gloriose DEUS!* Per magnam quan-
titat-

Li. V. Dist. XXXIX. Cæ. CCLXXXV. 291
titatem aquæ repræsentatæ visui sensuali, quando videmus mare sensualiter, significatur nobis in mari esse plūs aquæ, quām in quolibet puteo : igitur per similem comparationem possumus intelligere , *Domine* , amorem intellectualem, qui est inter Te & nostram Dominam ; quia, sicut sensualiter vides mus mare esse majus quolibet puteo, ita intellectualiter intelligimus voluntatem , quam Tu habes in amando nostram Dominam, esse majorem omnibus creaturis, & memoriam & intelligentiam & voluntatem, quas nostra gloria Domina habet in amando Te, esse maiores toto mundo , quoniam , sicut post suum Filium valent plus memoria & intelligentia nostræ Dominæ , quām omnes aliæ memoriarum & intelligentiarum , ita de necessitate oportet voluntatem ipsius habere majorem virtutem in amando tuam Deitatem , quām sit virtus, quæ est in aliis creaturis : igitur , cùm hoc ita sit , quis posset æstimare amorem, qui est inter Te & nostram Dominam,

292 B. Raym. Lulli Lib. Contempl. Vol. III.
minam, secundūm magnitudinem & vir-
tutem ipsius?

7. c. *Creator Domine cæli & terre & omnium rerum!* Quia Tu dedisti nos-
træ Dominæ tantam virtutem, quòd
sua memoria & suus intellectus & sua
voluntas habeant majorem magnitudi-
nem, quàm omnes memoriae & intel-
lectus & voluntates aliarum creatura-
rum, propterea ipsa plūs & virtuosius &
ferventiùs memorat & intelligit & vult
tuam Unitatem & *Esse* tuæ Substan-
tiæ & tuarum Qualitatum, quàm om-
nes aliæ creaturæ: igitur, cùm nos-
tra Domina hoc memoret & intelligat,
& memoret & intelligat se concepisse
Personam Filii gloriosi per operatio-
nem sancti Spiritus, quis posset æstima-
re magnum amorem, quem ipsa habet
erga Te?

8. *Virtuose Domine!* Id, quod ego
possum dicere & scribere de amore,
quem Tu habes erga nostram Domi-
nam & ipsa erga Te, est, quando dico
& scribo, quòd post amorem sui Filii

fit

Li. V. Dist. XXXIX. Ca. CCLXXXV. 293
sit major, quàm omnes alii amores
aliarum creaturarum; sed hæc majori-
tas amoris non est à me tantum dicta
nec scripta, quantum est à mea ani-
ma intellecta, nec est tantum à mea
anima intellecta, quanta est sua magni-
tudo; quia, si ego tantam possem pro-
nunciare & scribere, iste amor non es-
set adeo magnus sicut dico & scribo,
quia meum verbum & mea litera esset
ei æqualis in magnitudine; &, si mea
anima tantam posset intelligere, sua
intelligentia esset ei æqualis, & iste a-
mor non esset major in virtute, quàm
sunt omnes creaturæ in numero & mag-
nitudine.

9. *Tibi, Domine DEUS,* sit gloria
& laus omni tempore, quia valde be-
ne hoc ordinasti; quoniam, sicut amor
tuæ Humanitatis & tuæ Deitatis est ma-
jor toto amore creaturarum, ita vis,
quòd amor nostræ Dominæ, quæ est
Mulier, sit major omnibus aliis amori-
bus: igitur, sicut omnes viros hono-
rasti in magno amore JESU Christi, qui
est

294 B. Raym. Lulli Lib. Contempl. Vol. III.
est Vir, ita omnes mulieres honorasti
in magno amore nostræ Dominæ sanc-
tæ MARIAE, quæ est Mulier Virgo glo-
riosæ: unde benedictus sis, *Domine DE-
US*, quia plùs amas nostram Dominam
& suum Filium, quàm totum residu-
um creaturarum, & plùs amaris ab eis,
quàm ab omnibus creaturis, & quò
plùs eos amas & amaris ab eis, eò plùs
nobilitas tuas creaturas, & eò nobi-
liorem & majorem Creatorem Te de-
monstras amoris, qui est in nostra Do-
mina & in suo Filio.

10. d. *O Pater patens, cui fiat reve-
rentia & honor omni tempore, & omni,
quod tuum est!* Si unus denarius aure-
us potest plùs valere, quàm multi cu-
prei, & unus lapis pretiosus potest plus
valere, quàm multi alii, & vna civi-
tas plùs, quàm multa castella, & unus
homo plùs, quàm multi homines, sig-
nificatur, quòd Tu, *Domine*, possis
multò plùs amare nostram Dominam,
quàm omnes alias creaturas, & quòd
ipsa possit amare Te plùs, quàm om-
nes

Li. V. Dist. XXXIX. Ca. CCLXXXV. 295
nes aliæ creaturæ; quia, sicut ex denario aureo possent fieri tot partes, quod quælibet fieret æqualis denariis cupreis, ita, si fieri posset, quod amor, quem Tu & nostra Domina habetis erga vos invicem posset dividi in plures partes, quælibet pars esset major, quam ullus amor creaturarum.

ii. Nam, si omnes res sensuales conjungerentur & fieret ex eis unum corpus, in illo corpore non inveniretur tanta virtus, quanta est in glorioso corpore Virginis MARIÆ ratione Incarnationis, quam assumpsit in ea Persona Filii DEI; &, si omnes Angeli & omnes animæ conjungerentur & fieret ex eis una anima vel unus Angelus habens omnem & totam virtutem, quam omnes habent, non inveniretur in illa anima vel Angelo tanta virtus, quanta est in anima nostræ Dominæ Virginis gloriosæ, quia virtus omnium Angelorum & omnium animarum conjuncta in una virtute non sufficeret ad memorandum nec ad intelligendum nec ad amandum tantum

296 B. Raym. *Lulli Lib. Contempl. Vol. III.*
tum tuam Deitatem nec tuam Humanitatem nec se ipsam , quantum sufficit sola anima nostræ Dominæ Sanctæ MARIAE ; quoniam , si omnes Angeli & omnes animæ essent simul una substantia , non posset illa substantia memorare nec intelligere in se tantum virtutis , quantum Virgo gloriafa memorat & intelligit in se memorando & intelligendo se esse , de qua Tu assumpisti Humanitatem , qua mundum recreasti , per quam assumptionem & recreationem sunt melius significatae tuæ Qualitates , quæ per ullam aliam rem.

12. Unde , cùm adeo magnus & excellens sit amor , *Domine* , qui est inter Te & nostram Dominam , beati sunt omnes , qui sunt amatores & laudatores & servi hujus gloriosæ Virginis , & maledicti sunt , qui eam disaimant & contemnunt , & qui ei negant honorem , qui in ea est & ei attribuunt vilitatem , quæ in ea non est : igitur , cùm hoc ita sit , tuus servus se dat & offert

ex

Li. V. Dist. XXXIX. Ca. CCLXXXV. 297
ex omnibus suis viribus sensualibus &
intellectualibus ad amandum & laudan-
dum & honorandum Virginem glorio-
sam.

13. e. *Misericors Domine plene miseri-
cordia & pietate ! Secundus modus est*
*in amore , qui est inter tuam glorio-
sam Humanitatem & nostram virtuo-
sam Dominam : unde dicimus , quòd ,*
*quando nostra anima contemplatur mag-
nam paupertatem , quam nostra Domi-
na sustinuit & habuit in pariendo &*
nutriendo tuam Humanitatem , tunc
noster intellectus velit recipere falsam
significationem opinando , quòd Tu non
valde amares eam , quia ei non dedisti
*divitias , quæ eam à labore & pauper-
tate liberarent ; sed , quando nostra a-
nima memorat & intelligit naturam a-
moris , & quòd Tu plus amares nostram*
*Dominam per hoc , quòd ei dares pau-
pertatem & patientiam , quàm si ei de-
dissest divitias , tunc significatur nostro in-
tellectui , quòd , quòd plus nostra Domina*
laboravit pro Te , eò plus Te amabat &
eò plus amabatur à Te.

14. In

14. In hoc , quòd Tu , *Domine* , quando pendebas in Cruce ad salvandum nos peccatores posses commendare nostram Dominam in custodiam multorum nobilium hominum & non commendaveris eam nisi uni tantùm , scilicet sancto Joanni , videtur , quòd non multum amares eam ; sed hæc falsa imaginatio disparet , quando noster intellectus recipit veram significationem amoris , quem Tu erga eam habuisti maiorem commendando ipsam uni soli homini , quàm si eam commendasses multis ; quia , si multis eam commendasses , ut ab eis custodiretur , significaretur , quòd non multum fidisses in ea nec in virtute ipsius , nec in ipsa fuisset tantum meriti , quantum fuit , quando se ipsam custodivit ab omni peccato per sanctitatem & virtutem , quam à Te & propter Te receperat.

15. *JESU Christe Domine !* In hoc , quòd Tu reliqueris nostram Dominam in hoc mundo post tuam Passionem & non eam assumpseris in gloriam cum

Ange-

Angelis, videtur, quòd cam non amaveris tantum, quantum si Tecum cam assumpsisses in gloriam; sed, quando mea anima bene cogitat & considerat tuam Sapientiam, tunc significatur ei, quòd multò majorem amorem habueris erga nostram Dominam, quando cam reliquisti inter nos, quàm si statim cam assumpsisses in cœlum; quia, in quantum ipsa fuit fundamentum & conservatio Apostolorum & sanctæ Fidei, quam Tu adeo caro pretio emisti, in tantum plùs augebantur omnia sua merita, & quòd plùs ista augebantur, cò plùs Tu ambas cam, qui ordinabas, quòd sua merita essent magna.

16. f. *Recreator Domine, Benefactor noster!* Sicut gloriosæ Virgini fuit facta specialis gratia per Conceptionem de sancto Spiritu, ita fuit valde rationabile, quòd ei fieret gratia in hoc, quòd per patientiam & per bona opera lucraretur magna merita in gloria; quia, nisi ita esset, ipsa per unum modum amaretur à Te & per alium non: igitur,

300 *B. Raym. Lulli Lib. Contempl. Vol. III.*
tur, quia Tu, *Domine*, vis amare nos-
tram Dominam omnibus modis, prop-
terea voluisti, quòd assisteret tuæ sanctæ
Passioni & ploraret gravein Mortem
angustiosam, quam sustinuisti, ut eam
amares propter suos ploratus & propter
contemptum & oppressionem multi-
tudinis hominum, quam sustinuit quan-
do volebat ad Te accedere & non po-
terat.

17. *Gloriose Domine!* Si Tu voluis-
ses bene potuisses pati & mori quin
gloriosa Virgo esset præsens & videret
tuam Passionem & Mortem, sed prop-
ter magnum amorem, quem erga eam
habebas, voluisti, quòd ipsa videret tuam
Mortem & eam plangeret & ploraret:
igitur, quia Tu amasti suos ploratus,
amasti, quòd ploraret ut plus Te ama-
ret & ut plus occasionaretur ad multum
amare Te & ad multum amari à Te,
quia natura est amici velle, quòd ama-
tus videat suos dolores sicut vult, quòd
videat suos honores & suos valores.

18. *Juste Domine!* Ad demonstran-
dum

Li. V. Dist. XXXIX. Ca. CCLXXXV. 301
dum , quòd nostra Domina Te valde
amaret voluisti , quòd assisteret tuæ Pas-
sioni , quia Apostoli fugerunt & dere-
liquerunt Te , & ipsa præ magno amo-
re , quem erga Te habebat , nunquam
recessit à præsentia tui Corporis , quod
moriebatur pro nobis : unde , sicut tu-
um Corpus per vulnera & effusionem
sanguinis moriebatur , ita nostra glorio-
sa Domina moriebatur præ abundantia
amoris & doloris , quem habebat super
suum gloriosum Filium ; sed Tu *Domine* ,
noluisti , quòd moreretur , ut in
hoc mundo plùs continuaret in amando
& plorando suum gloriosum Filium .

19. g. *Domine , qui sustines & gubernas*
cælum & terram & omnia , quæ in eis
sunt ! Naturale est illis , qui bene se a-
mant , memorare & intelligere & velle
se invicem ; & , in quantum memorant
& intelligunt se plùs valere , in tantum
plùs amare se invicem : igitur , cùm Tu
& nostra Domina sinè ulla cessatione
memoretis vos invicem & sine ulla ig-
norantia intelligatis vos invicem , quis
est ,

302 B. Raym. *Lulli Lib. Contempl. Vol. III.*
est, qui posset æstimare magnum amo-
rem, qui est inter Te & nostram Do-
minam, & maximè cùm tua memoria
& memoria nostræ Dominæ habeant ma-
jorem virtutem in memorando & tuus
intellectus & intellectus nostræ Dominæ
in intelligendo, quàm sit omnis virtus,
quam habent aliæ creaturæ?

20. Unde benedictus sit, *Domine*,
magnus amor glriosus, qui est inter
tuam voluntatem & voluntatem Virgi-
nis gloriosæ; quia, sicut ambæ memo-
riæ valde se memorant & ambo in-
tellectus valde se intelligunt, ita ambæ
voluntates valde se volunt & amant:
igitur, cùm hoc ita sit, benedictus sis,
Domine DEUS, quia valde magnam se
demonstrat tua Virtus in creando adeo
nobiles duas memorias & duos intel-
lectus & duas voluntates, quoniam mul-
tò melius demonstrantur magnæ & per-
fectæ tua Potestas & tua Sapientia & tua
Voluntas & aliæ tuæ Qualitates in crean-
do istas duas memorias & intellectus &
voluntates, quàm in creando omnes alias
creaturas.

21. JESU.

21. *JESU Christe Domine!* Sicut voluntas tuæ Animæ est magna in amando nostram Dominam, ita est magna in amando quidquid ipsa amat, & hæc eadem est proprietas & natura voluntatis nostræ Dominæ, quæ amat quidquid tua Voluntas amat, & per hanc coniunctionem amoris quælibet amborum memoriarum memorat, quidquid alia memorat & quilibet amborum intellectuum intelligit, quidquid alijs intelligit: igitur, cùm hoc ita sit, quis posset æstimare magnum amorem, qui est inter Te & nostram Dominam gloriosam?

22. h. *O Domine, qui es gloriōsus super omnes glorias!* Sensualiter sentimus & intellectualiter intelligimus, quòd, in quantum natura sensualis est propinquior in consanguinitate, in tantum habeat naturam plūs augendi & multiplicandi amorem inter personas; &, quòd hoc sit verum, manifestè probatur & demonstratur in muliere, quæ multò plūs amat suum filium, quàm suum

304 B. Raym. Lulli Lib. Contempl. Vol. III.
suum nepotem vel suum cognatum vel
alios , qui non sunt sui filii, eò quòd suus
filius sit ei propinquior per naturam sen-
sualem , quàm alii.

23. Igitur , cùm hoc ita sit, *Domi-
ne* , & nulla propinquitas sensualis sit
tanta in natura & proprietate , quanta
est inter tuum gloriosum corpus & cor-
pus nostræ Dominæ , quis posset æsti-
mare & perpendere magnum amorem,
qui est inter Te & gloriosam Virgi-
nem ? quia , sicut ambæ animæ , scili-
cet tua & ipsius Virginis , se amant &
se memorant & intelligunt plùs, quàm
ullæ aliæ animæ , ita voluit tuus glo-
riosus Filius assumere puram carnem à
Virgine , & ita potuit eam sumere per
suam Potestatem & scivit eam sumere
per suam Sapientiam , quòd non sit ulla
creatura corporalis , quæ tantum con-
cordet cum alia , quantum tuum glorio-
sum corpus cum corpore ipsius : igi-
tur, in quantum conjunctio est magna,
in tantum significatur nostro intellec-
tui esse magnum amorem , qui est in-
ter vos .

24. Unde benedictus sis, *Domine*; quia per hoc, quod sensualiter & intellectualiter sit adeo magna concordantia inter Te & Virginem, & naturae sensualis & intellectualis utriusque sint in adeo magna sanctitate & puritate, dicam meae animae, quod ipsa non posset memorare nec cogitare nec percipere nec intelligere nec amare unam ex mille millibus partibus magnitudinis amoris, qui est inter tuam Humanitatem & nostram Dominam sanctam MARIAM.

25. i. *O Domine, qui beneficias & adjudas tuas creaturas!* Intellectualiter intelligimus, quod, sicut tua humanitas & humanitas nostrae Dominae gloriosae superexcellunt in virtute & nobilitate & bonitate omnes alias creaturas, ita tuum corpus & corpus nostrae Dominae superexcellant in pulchritudine omnia corpora & omnes figurae sensuales; & hoc idem est de tua Anima & de Anima nostrae Dominae, quia tota pulchritudo & puritas & munditia omni-

306 B. Raym. Lulli Lib. Contempl. Vol. III.
um̄i creaturarum intellectualium non
est comparabilis cum pulchritudine &
puritate & munditia vestiarum anima-
rum.

26. Adeo est beata super omnes bea-
titudines beatitudo , quam habet tua
Humanitas , *Domine* , per hoc , quòd sit
unita cum Deitate & adeo est nostræ
Dominæ tuum gloriosum corpus super-
excellens beatitudo , quòd omnes bea-
titudines , quæ unquam fuerunt & sunt
& possunt esse, non sufficerent, ut inter
omnes possent habere tantam perfectio-
nem , quanta est in beatitudine , quæ
est in Te & in nostra Domina glorio-
sa : igitur , cùm hoc ita sit , per hoc
significatur , quòd major amor , qui
possit creari , sit amor , qui est inter
gloriosam Virginem & suum gloriosum
Filium.

27. Unde benedictus sis, *Domine DE-*
US ; quia , sicut Te demonstras melio-
rem & nobiliorem Creatorem in sole
& in luna , quām in creaturis , quæ
non sunt adeo nobilis dispositionis , ita
Te

Te demonstras humano intellectui meliorem & nobiliorem Creatorem in amore , qui est inter tuam Humanitatem & Virginem gloriosam , quam in omnibus aliis amoribus : igitur , in quantum iste amor est major & melior omnibus aliis , in tantum Te demonstras in eo meliorem & nobiliorem Creatorem.

28. k. *O Domine , qui aggratias & beatificas Beatos!* Sensualiter sentimus & intellectualiter intelligimus nostram Dominam sanctam MARIAM coli & celebrari & solemnizari & laudari & invocari à multis populis : igitur , totum hoc significat magnum amorem , quem habes erga ipsam , quia magna honoratio , in qua facis eam esse , significat in Te magnum amorem ; & , quia populi confidunt in ea , & eam invocant & ci se commendant , ut eis impetrat gratiam & benedictionem & indulgentiam , significatur , quod ipsa amet Te valde ferventi amore ; quoniam , nisi ita esset , ipsa non esset digna haberi
in

308 B. Raym. Lulli Lib. Contempl. Vol. III.
in adeo magna honoratione & confiden-
tia & honore, sicut habetur.

29. Adeo est magnus amor , quem
Tu, *Domine* , habes erga tuam glorio-
sam Matrem , quòd omnes , qui eam
amant & laudant & honorant & invo-
cant & rogant & in ea confidunt , a-
mentur & honorentur & custodiantur
& salventur & glorificantur à Te ; &
hoc idem est de amore nostræ Domi-
næ , quia adeo amat Te , quòd om-
nes , qui Te adorant & invocant &
rogant & honorant , amentur & pro-
tegantur & custodiantur ab ea , bene-
dicta sit ipsa , & omnes , qui eam amant &
honorant & ei serviunt.

30. Igitur, cùm hoc ita sit, *Domine*,
propterea tuus servus culpabilis pec-
cator in præsentia tui Altaris & figuræ
sanctæ Crucis , & in præsentia figuræ
nostræ Dominæ Virginis gloriosæ , se dat
& præsentat sensualiter & intellectuali-
ter, ut sit laudator & servus tuæ glo-
riosæ Humanitatis & tuæ gloriosæ Ma-
tris , quæ suos amatores respicit oculis
mife-

L. V. Dist. XXXIX. Cap. CCLXXXV. 309
misericordiæ , ut erga eos habeat pieta-
tem & misericordiam suus Filius & suus
gloriosus DEUS.

CAPUT CCLXXXVI.

*Quomodo nostra Domina Santa MARIA
amet beatos Angelos & beati
Angeli ament eam.*

1. a. **O** DEUS Creator , Pater & Domi-
ne , qui es Lumen omnium lu-
minum & Splendor omnium splendorum !
Qui vult inquirere magnum amorem ,
qui est inter nostram Dominam & bea-
tos Angelos , oportet , quod cum in-
quirat cum tribus virtutibus animæ in
octo rebus , quæ sunt tua Deitas , tua
opera , tua Humanitas , opera tua Hu-
manitatis , nostra Domina Santa MA-
RIA , opera ipsius , Angeli , & eorum
opera .

2. Unde benedictus sis , Domine DE-
US ; quia adeo istæ octo res sunt in
memoria & intellectu & voluntate nos-
træ

310 B. Raym. Lulli Lib. Contempl. Vol. III.
træ Dominæ & Angelorum , quòd no-
stra memoria non possit memorare nec
noster intellectus intelligere tantum a-
morem , quantum istæ octo res memo-
rantur & intelliguntur & amantur à
nostra Domina & ab Angelis : igitur,
cùm hoc ita sit , non oportet , quòd
inquiramus nisi solum amorem , qui
potest capi in nostra memoria & in
nostro intellectu & in nostra volun-
tate.

3. Igitur , quia nos , *Domine* , pro-
ponimus facere hanc inquisitionem , quæ
est adeo magna ratione amoris , quem
inquirimus , qui est adeo magnus & no-
bilis & mirabilis , propterea oportet ,
quòd hanc inquisitionem faciamus ex
omnibus viribus nostræ memoriæ & in-
tellectus & voluntatis , ut nostra ani-
ma possit habere cognitionem de mag-
nitudine amoris , quem inquirimus ; quo-
niam , in quantum nostra anima erit
magna in memorando & intelligendo &
volendo , in tantum illuminabitur in
sua inquisitione.

4. b.

Li. V. Dist. XXXIX. Ca. CCLXXXVI. 311
4. b. *Placens Domine, compatiens in nostris doloribus!* Prima res, in qua inquirimus prædictum amorem, est *tua Deitas*: unde dicimus, quod intellectualiter intelligamus nostram Dominam sanctam MARIAM memorare & intelligere & amare tuam gloriosam Deitatem valde magnâ & excellenti memoriâ & intelligentiâ & voluntate, & per magnam magnitudinem fruitionis, quam habet memorando firmiter & intelligendo manifestè & amando ferventer tuam Deitatem, recipere valde magnam gratiam in memorando & intelligendo Angelos, & ratione hujus magnæ memoriae & intelligentiæ habere amorem mirabiliter magnum erga ipsos.

5. Intellectualiter intelligimus, *Domine*, Angelos valde magnâ memoria memorare & valde excellenti intelligentiâ intelligere & valde ferventi amore amare tuam gloriosam Deitatem, & per hoc significatur nostro intellectui, quod ipsi habeant valde magnum amorem erga nostram Dominam; quia adeo est

mag-

magna virtus & gratia & gloria, quam recipiunt à tua Deitate quando cā frumentur, quòd valde magnam & valde mirabilem memoriam & intelligentiam habeant de bonis & honorationibus & gratiis nostræ Dominæ , & propterea habeant valde magnam & ferventem & ardenter voluntatem in amando ipsam , quæ est digna amari valde ferventi amore.

6. *Honorate Domine mirabilis !* In quantum Tu vales plùs , quām creatura, in tantum es dignus amari plùs , quām creatura ; sed , quia Tu vales plùs , quām creatura , creatura non potest tantum amare Te , quantum Tu amas eam : igitur per similem comparationem , quia nostra Domina valet plùs , quām Angeli , Angeli non possunt tantum amare nostram Dominam , quantum ipsa amat eos , licet ipsa sit digna amari plùs , quām ipsi ; quia, si Angeli amarent nostram Dominam tantum , quantum ipsa amat eos , Angeli in virtute amandi essent ei æquales , quod est impossibile .

7. c.

7. c. *O Domine, qui memoraris & intelligeris & amaris à tota mea anima!*
Secunda res sunt tua opera: unde dicimus, quòd intellectualiter intelligamus nostram Dominam Sanctam MARIAM memorare & intelligere & amare tua opera, quia natura est amoris, quòd amicus amet opera sui amati: igitur, cùm nostra Domina memoret & intelligat Angelos esse tuas creaturas & tuos servos, ipsa valde amat eos.

8. *Virtuose Domine!* Cùm Angeli sint tui ferventes amatores & tui fideles servi, & memorent & intelligent & ament tua opera, & sciant, quòd nostra Domina sit tua creatura, quæ amat & honorat tuum gloriosum *Eſſe*, per hoc significatur, quòd Angeli habeant valde magnum amorem erga nostram Dominam sanctam MARIAM, qui amor est adeo magnus sicut memoria eis sufficit ad memorandum & intellectus ad intelligendum nostram Dominam esse valde nobilem & valde excellentem creaturam cretam à Te, gloriose DEUS.

9. *Gra-*

9. *Gratiōse DEUS!* Amor , quem nostra Domina habet erga Angelos & Angeli habent erga ipsam , non est similis amori , quem homines habemus erga nos invicem in hoc mundo ; quia adeo parvam & corruptam memoriam & intelligentiam habemus , quod non possit à nostra memoria & intelligentia exire magna voluntas , quæ perfectè amet & secundum naturam amoris; quoniam , in quantum memoramus unam rem , in tantum obliviscimur aliam , & in quantum intelligimus unam rem , in tantum ignoramus aliam , & propterea , *Domine* , nostra voluntas quando amat unam rem non amat aliam , & ideo est defectuosa in amando in hoc mundo secundum comparationem magni amoris , qui est inter nostram Dominam & Angelos.

10. d. *Rex Regum & Domine Dominorum!* *Tertia res est tua Humanitas:* unde dicimus , quod intellectualiter intelligamus nostram gloriosam Dominam habere valde magnam memoriam & val-

de

Li. V. Dist. XXXIX. Ca. CCLXXXVI. 315
de magnam intelligentiam in amando
Humanitatem sui Filii gloriosi : igitur
ipsa amando tuam Humanitatem occa-
sionatur ad memorandum & intelligen-
dum & amandum Angelos , qui amant
& honorant ipsam tuam Humanita-
tem.

11. *Honorate Domine!* Intellectualiter
intelligimus , quòd Angeli habeant val-
de magnum amorem erga tuam Huma-
nitatem gloriosam , secundùm quod jam
diximus : igitur , quia Angeli habent
valde magnam memoriam & intelligen-
tiam & voluntatem erga tuam Huma-
nitatem , propterea habent valde mag-
num memoriam in memorando & val-
de magnam intelligentiam in intelligen-
do & valde magnam voluntatem in a-
mando tuam gloriosam Matrem , quam
amant ex omni virtute suæ voluntatis ,
quia ex omni virtute suæ memoriæ cam
memorant & ex omni virtute sui intel-
lectus cam intelligunt.

12. Unde benedicta sit , *Domine DEUS* ,
tua gloria Humanitas , quæ nostræ
Domi-

316 *B. Raym Lulli Lib. Contempl. Vol. III.*
Dominæ & Angelis est adeo magna
occasio amoris , quia nostra Domina
valde amat Angelos, eò quòd suum Fi-
lium adorent & laudent & honorent &
ei serviant & obediant , & Angeli val-
de amant nostram Dominam, eò quòd
sit Mater Humanitatis, quam ipsi tan-
tum amant , & quæ est eis similis in
natura intellectuali & est unita cum
Creatore, qui eos creavit & eos beatifi-
cat in cœlesti gloria.

13. e. *Recreator Domine, qui es Glo-
ria omnium gloriarum ! Quarta res sunt
opera tua sanctæ Humanitatis:* unde in-
tellectualiter intelligimus tuam glorio-
sam Humanitatem glorificare sanctos Pa-
radisi & precari sanctam Deitatem pro
nobis peccatoribus, ut nobis det bea-
titudinem in cœlesti gloria : igitur, cùm
nostra gloriosa Domina memoret & in-
intelligat & amet tua opera , ipsa amat
Angelos , qui memorant & intelligunt
& amant opera tuæ sanctæ Humaniti-
tatis.

14. Sicut nostra Domina valde mag-

Li. V. Dist. XXXIX. Ca. CCLXXXVI. 317
no amore amat Angelos , eò quòd sint
amatores operum sui Filii gloriofi : ita,
Domine , Angeli amant nostram Domi-
nam sanctam MARIAM , eò quòd ip-
sa amet opera sui Filii , qui est eorum
Dominus potens, à quo recipiunt gra-
tiam & benedictionem & gloriam, quam
semper possidebunt sinè ullo fine & sinè
ulla alteratione.

15. Unde benedictus sis , *Domine DE-*
US ; quia , cùm opera tuæ Humanita-
tis sint valde altiora & nobilia sinè
omni comparatione , quàm quæcunque
opera creaturarum , secundùm quod ip-
sa sunt magna & nobilia , sunt nostræ
Dominæ occasio amandi Angelos &
Angelis amandi ipsam : igitur , cùm hoc
ita sit , quis posset dicere & æstimare
magnum amorem , qui est inter nostram
Dominam & Angelos ?

16. f. *Vere Domine , plene veritate &*
benedictione ! Quinta res est nostra Do-
mina sancta MARIA : unde dicimus ,
quòd intellectualiter intelligamus nos-
tram Dominam memorare & intellige-

re

318 B. Raym. Lulli Lib. Contempl. Vol. III.
re & amare se ipsam ; quia ipsa est a-
deo nobilis & gloriosa res in suo *Esse*,
quod dignum sit eam memorari à sua
memoria virtuosa & intelligi à suo in-
tellectu sapiente in omni sapientia &
amari à sua voluntate perfecta in omni
amore: igitur , cùm nostra Domina ita
amet suummet *Esse* , rationem & cau-
sam habet amandi Angelos , qui non ces-
sant memorare & intelligere & amare glo-
riosum *Esse* ipsius.

17. *Amorose Domine!* Sicut Tu de-
disti soli virtutem , per quam illuminet
totum mundum , ita dedisti nostræ Do-
minæ sanctæ MARIAE virtutem , per
quam memoretur & intelligatur & ame-
tur ab Angelis ; & sicut dedisti oculis
sensualibus virtutem ad recipiendum
splendorem solis , ita dedisti Angelorum
memoriæ virtutem ad memorandum &
intellectui ad intelligendum & volun-
tati ad amandum nostram Dominam in
omni , quod ipsa memorat & intelligit
& amat.

18. Unde benedictus sis, *Domine DE-*

Li. V. Dist. XXXIX. Cæ. CCLXXXVI. 319
US, quia per hoc, quòd nostra Do-
mina memoret omnes Angelos eam me-
morare & intelligat omnes ipsos eam
intelligere & amet omnes ipsos eam ama-
re, habet ipsa rationem & causam aman-
di Angelos, & dat eis valde magnam
rationem & causam amandi & honoran-
di ipsam multò plùs, quàm nos possimus
significare & loqui & scribere.

19. g. *Simplex Domine, sinè omni cor-
ruptionē, qui es amor mei amoris! Sex-
ta res sunt opera nostræ Dominae glorio-
ſæ: unde dicimus, q̄d̄ intellegualiter
intelligamus nostram Dominam memo-
rare & intelligere & amare laudes & ho-
norationes & orationes, quas facit suo
Creatori & suo glorioſo Filio: igitur,
propterea habet magnam rationem a-
mandi Angelos in hoc, quòd memo-
ret & intelligat memoriam & intelli-
gentiam & voluntatem ipsorum esse in
perfectis qualitatibus & virtutibus ipsi-
us memorando & intelligendo & a-
mando in ea valde magnam sapienti-
am & virtutem amoris & justitiae &
miseri-*

320 B. Raym. Lulli Lib. Contempl. Vol. III.
misericordiæ & sanctitatis & omnis bonitatis.

20. Cùm Angeli, *Domine*, memorent & intelligant & ament excellentes virtutes nostræ Dominæ, in quantum nostra Domina habet suas virtutes in Te, & in quantum erga Te & Angelos utitur suis qualitatibus, in tantum qualitates nostræ Dominæ dant Angelis occasionem laudandi & amandi eam.

21. Igitur, quia noster intellectus non potest cogitare nec percipere, *Domine*, magnam rationem & causam, quam nostra Domina habet in amando Angelos, qui ejus opera amant, nec rationem & causam, quam Angeli habent in amando nostram Dominam, quia multò plus sine omni comparatione memorat nostra Domina sua opera & Angelos, & Angeli bonum, quod ipsa facit, quam nos possumus memorare & intelligere, propterea deficit nostra memoria in memorando & nostra voluntas in amando tantum, quantum sola memoria est nostræ Dominæ ratio &

L. V. Dist. XXXIX. Ca. CCLXXXVI. 321
& causa, ut amet Angelos & ametur
ab eis.

22. h. *O Cælestis Domine, qui es Sanctus Sanctorum & Gratia omnium gratiarum! Septima res sunt Angeli: unde dicimus, quod intellectualiter intelligamus Angelos memorare & intelligere & amare, quod suum esse sit valde nobile ratione creationis & ratione finis & ratione operum: ratione creationis, quia sunt valde nobiles creaturæ, ratione finis, quia sunt creati ad servendum tuæ Deitati & tuæ Humanitati & nostræ Dominæ, & ratione operum, quia faciunt & tractant multa bona: igitur, quia Angeli habent talem memoriam & intelligentiam & voluntatem suâ ipsorum, propterea habent magnam virtutem & rationem amandi nostram Dominam valde magno amore.*

23. Per hoc, quod nostra Domina memoret & intelligat, *Domine, Angelos esse creaturas creatas ad perdurablem beatitudinem & esse adeo simplicis & puræ naturæ, habet valde magnam ratio-*

322 B. Raym. *Lulli Lib. Contempl. Vol. III.*
nem amandi Angelos: quia, in quantum memorat & intelligit nobilem & puram & beatam naturam corum, in tantum est sua voluntas occasionata ad amandum eos.

24. Igitur, quia Angeli memorant & intelligunt suum esse memorari & intelligi & amari à nostra Domina valde magnâ memoriâ & intelligentiâ & voluntate, propterea valde ferventer amant nostram Dominam gloriosam; &, quia nostra Domina memorat & intelligit Angelos esse creaturas intellectuales in natura similes suæ sanctæ Animæ gloriosæ, propterea valde amat illos.

25. i. *O Domine, qui fuisti conceptus per gratiam sancti Spiritus! Octava* res sunt *opera Angelorum*: unde dicimus, quod intellectualiter intelligamus Angelos memorare suam bonam memoriam, quæ memorat nostram Dominam & id quod ipsa vult eos memorare, & intelligere suum bonum intellectum, qui intelligit nostram Dominam & id quod ipsa vult eos intelligere: igitur, cùm hoc

Li. V. Dist. XXXIX. Ca. CCLXXXVI. 323
hoc ita sit, propterea angelica voluntas amat nostram Dominam valde magno amore.

26. *Gloriose DEUS!* Intellectualiter intelligimus adeo nobilem rem esse memoriam nostræ Dominæ, quod, quidquid boni faciunt Angeli obediendo Tibi & amando Te & nostram Dominam & se ipsos & nos, memoretur ab ea, & hoc idem intelligimus, *Domine*, de intellectu nostræ Dominæ, & per hoc intelligimus gloriosam voluntatem nostræ Dominæ per virtutem suæ memoriae & sui intellectus & per suammet virtutem esse occasionatam ad valde amandum Angelos.

27. Igitur, cum in omni, quod faciunt Angeli, *Domine*, habeant amorem & placitum, & omne, quod faciunt ametur à nostra Domina, & omne, quod nostra Domina memorat & inteligit & amat in Angelis, ametur ab Angelis, & tot res fiant ab ipsis, quis posset comparare & arbitrari & aestimare magnum amorem, qui est inter nostram

324 B. Raym. Lulli Lib. Contempl. Vol. III.
tram Dominam Virginem gloriosam
& sanctos Angelos in gloria perdura-
bili.

28. k. *O Domine, qui amas eos, qui Te amant & honoras eos, qui Te honorant!* Quando tuus servus contemplatur in magno amore, qui est inter nostram Deuinam gloriosam & Angelos gloriosos, & memorat & intelligit vi-lem amorem inordinatum hujus mundi, qui in comparatione amoris alterius sa-culi nihil est, tunc mea voluntas non amat amorem hujus mundi, eò quòd memoria memoret & intellectus intel-ligat, quòd rès sensuales impedian hominem ne possit habere millenam par-tem amoris alterius saeculi, in quo non habet ullum impedimentum in amando.

29. Causa, quare non potest homo tantum amare in hoc mundo, quan-tum in alio, est, *Domine, memoria,* quæ uno tempore non potest memora-re multas & diversas res nec intellectus potest eas intelligere, & propterea

vo-

Li. V. Dist. XXXIX, Ca. CCLXXXVI. 325
voluntas uno tempore non potest multas & diversas res amare; sed non est ita de amore alterius saeculi, quia nostra Domina sancta MARIA & Angeli omni tempore memorant & intelligunt tuam Deitatem & ejus opera & tuam Humanitatem & ejus opera, & memorant & intelligunt se invicem & opera sui ipsorum & propterea sua voluntas amat & potest amare semper omnes praedictas res memoratas & intellectas.

30. *Gloriose DEUS!* Quando tuus servus memorat & intelligit, quod nulla memoria & intellectus possit habere praedictam perfectionem in hoc mundo, & memorat & intelligit, quod tua sancta Humanitas gloria, quando erat in hoc mundo memoraret & intelligeret, sicut nunc memorat & intelligit in gloria, quia aliter non fuisset perfecta in suo memorare & intelligere, tunc significatur, *Domine*, suo intellectui, quod multo meliorem & nobiliorem Creatorem Te signifiques & demonstres per virtutem, quam creasti in sola tua Hu-

ma-

326 B. Raym. Lulli Lib. Contempl. Vol. III.
manitate & per gratiam , quam ei fe-
cisti , quām per totam virtutem & gra-
tiam , quæ est data aliis creaturis à suo
Domino DEO.

CAPUT CCLXXXVII.

*Quomodo nostra Domina sancta MARIA
Virgo gloria amet nos & nos
amemus ipsam.*

i. a. **O** DEUS honorate super omnes ho-
norationes , perfecte in omnibus
perfectionibus ! Cùm proponamus inqui-
rere magnum amorem , quem nostra Do-
mina sancta MARIA Virgo gloria ha-
bet erga nos peccatores , & amorem , quem
nos habemus erga ipsam , oportet , *Do-
mine* , quod faciamus inquisitionem cum
tribus virtutibus animæ in tribus rebus ,
quarum *prima* est amor , quem nostra Do-
mina habet erga nos , *secunda* amor ,
quem nos habemus erga nostram Domi-
nam , & *tertia* amor , quem non habe-
mus erga ipsam .

2 Glo-

2. Gloriose DEUS ! Quando memo-
ro magnum & excellentem amorem ,
quem nostra Domina sancta MARIA
habet erga nos , tunc significatur meo
intellectui , quod non possim percipere
nec intelligere magnitudinem istius a-
moris ; quia , sicut est impossibile , quod
mei oculi videant totam formam fir-
mamenti ratione magnae magnitudinis
ipsius & ratione parvitatis mei visus ,
ita , *Domine* , & adhuc multo plus est
impossibile , quod mea memoria me-
memoret & meus intellectus intelligat mag-
num amorem , quem nostra Domina
habet erga nos ratione magnae mag-
nitudinis ipsius : igitur , cum hoc
ita sit , propterea propono non tra-
tare de prima parte hujus inquisitio-
nis , quia non possem eam ad finem
perducere.

3. Et sicut ego , *Domine* , non ha-
beo potestatem nec vires sufficientes ad
inquirendum magnum amorem , quem
nostra Domina habet erga nos , ita , quan-
do bene perpendo , percipio esse adco-
par-

328 B. Raym. *Lulli Lib. Contempl. Vol. III.*
parvum amorem , quem habemus erga
nostram Dominam in comparatione mag-
ni amoris , quem erga eam deberemus
habere , quòd meus intellectus non pos-
sit sufficere ad intelligendum parvam
quantitatem ipsius ; quia , sicut visus sen-
sualis non sufficit ad videndum crura
& oculos minimi animalculi ratione
parvitatis ipsorum , ita mea memoria
non sufficit ad memorandum nec meus
intellectus ad intelligendum parvam
quantitatem amoris , quem erga nos-
tram Dominam habemus ; & , quia me-
um os non posset nominare istam par-
vitatem nec meæ manus possent eam
scribere , propterea propono non trac-
tare in hoc Capite nisi de tertia par-
te , scilicet de amore , quem debemus
habere & non habemus erga nostram
Dominam.

4. b. *Misericors Domine , per quem mea
anima dirigitur in suo memorare & in
suo intelligere & in suo velle !* Hæc ter-
tia pars est de amore , quem peccato-
res non habemus erga nostram Domi-
nam;

Li. V. Dist. XXXIX. Ca. CCLXXXVII. 329
nam : unde dicimus nostram Dominam
esse Reginam adeo altam & coronatam
adeo nobili corona , quod de sua na-
tura & virtute sit nobiliter & altè ama-
ri, & nullam animam eam amare, quæ
memoret & intelligat & velit pecca-
tum , & ideo est naturale & rationa-
bile , quod anima peccatrix non amet
nostram Dominam quamdiu memorat &
intelligit & amat peccatum.

5. Unde , sicut duo corpora non
possunt simul capi in uno loco, eò quod
unum impedit aliud , ita , *Domine*,
adeo nobilis & alta res est amor, quo
nostra Domina est digna amari, & adeo
vilos & culpabilis est memoria , quæ
memorat peccatum generando intellec-
tum , qui ipsum intelligit & exeunte ab
eis voluntate , quæ peccatum amat, quod
anima non sit disposita nec parata, ut
in se possit continere amorem erga nos-
tram Dominam ; quia ista anima est a-
deo modica & vilis in suo memorare
& intelligere & velle , quod adeo nobilis
amor non possit in ea capi.

6. Igi-

6. Igitur , cùm hoc ita sit, *Domine*, & tot sint homines in mundo , qui peccatum memorant & intelligunt & amant, & nullus corum amet nostram Dominam dum sua anima memorat & intelligit & amat peccatum , quis posset æstimare magnam privationem amoris, quæ est in hominibus peccatoribus , cùm hæc privatio sit tanta in eis , quanti ipsi sunt & quanta est memoria & intelligentia & voluntas , quas habent in operibus peccati?

7. c. O JESU Christe , qui nostram Dominam amas valde excellenti & mirabili amore ! Sensualiter sentimus & intellectualiter intelligimus , *Domine*, Judæos non amare nostram Dominam , imò cam blasphemare & odire & contemnere dicendo & credendo , quòd suum gloriosum Filium non conceperit de sancto Spiritu sed de viro , & quòd ipse non sit unitus cum Dicitate, imò fuerit homo falsus & mendax & deceptor , qui fecit plus mali , quàm ullus homo, qui unquam fuerit.

8. Igi-

8. Igitur, cùm Judæi dicant & credant omnes istas res, significant nostro intellectui, quòd ipsi non ament nostram Dominam sanctam MARIAM, quia majorem nobilitatem & honorationem & gloriam, quæ est in ea, obliviscuntur & ignorant & non amant volendo id, quod non est in ea nec in suo glorioso Filio, & non memorando nec intelligendo nec amando id, quod ipsa plùs amat & appretiat.

9. Igitur, cùm Judæi, *Domine*, sint inter Christianos & loquantur & participent cum eis & Christiani eis locent domos in quibus ipsi adco magnas blasphemias dicunt de nostra Domina, per hoc significatur, quòd Christiani non ament nostram Dominam amore, quo deberent eam amare & quo ipsa est digna amari; quia, si Christiani perfectè amarent nostram Dominam, memorarent & intelligerent & odirent inhonorationes, quas ei faciunt Judæi & prædicarent illis & eos converterent, vel, si hoc fieri non posset, non participarent

332 B. Raym. *Lulli Lib. Contempl. Vol. III.*
rent cum eis nec emerent nec mutuum
acciperent ab eis nec ullas res eis ven-
derent nec locarent, & assumerent ali-
quem modum, per quem vel Judæi con-
verterentur vel inter Christianos non
inhonorarent nostram Dominam & su-
um Filium, quem occiderunt vilio-
ri & ignominiosori morte, qua potue-
runt.

10. d. *Juste Domine in omnibus tuis
sententiis, Cognitor Domine omnium nos-
trorum defectum!* Sensualiter sentimus
& intellectualiter intelligimus, quòd Sa-
raceni ament nostram Dominam uno
modo, & non ament eam alio: amant
eam in hoc, quòd eam laudent dicen-
do, quòd fuerit Virgo ante & post par-
tum, & quòd conceperit per Verbum
DEI, & quòd suus Filius fuerit Pro-
pheta, & quòd ipsa fuerit valde bo-
na Domina & sine peccato, sed non
amant eam in hoc, quòd negent Per-
sonam Filii esse incarnatam in ea & su-
um Filium esse DEUM & hominem &
recreasse mundum.

ii. Un-

11. Unde, quando mea memoria,
Domine, memorat amorem, quem Sa-
raceni habent erga nostram Dominam,
& amorem, quem erga eam non ha-
bent, tunc significatur meo intellectui
multò majorem sinè omni comparatio-
ne esse nobilitatem & honorationem &
virtutem & gloriam & gratiam, quam
Saraceni obliviscuntur & ignorant &
non amant in nostra Domina, quàm
bonum, quod in ea memorant &
intelligunt & amant; quia, sicut mare
est majus, quàm una gutta aquæ, ita
& adhuc multò plūs sinè omni com-
paratione est majus id, quod Saraceni
non amant nec laudant nec honorant
in nostra Domina, quàm id, quod in ea
amant & laudant.

12. Igitur, cùm Christiani, *Domine*,
memorent & intelligant omnes istas res,
si ipsi perfectè amarent nostram Domi-
nam, reprehenderent defectus, quos Sa-
raceni faciunt contra nostram Dominam
& suum Filium gloriosum ab ea valde
gloriosè & charè amatum: igitur, cùm
sit

334 B. Raym. *Lulli Lib. Contempl. Vol. III.*
sit natura amoris facere, quòd amicus
quærat & accipiat omnes modos, quibus
possit servire suo amato, si Christiani
perfectè amarent nostram Dominam,
quærerent & acciperent omnes modos,
quibus possent adducere Saracenos ad
honorandum & amandum eam, & qui-
bus possent facere, quòd ipsa amaretur
& honoraretur à populo Christianorum
in sancto loco, in quo suus Filius adeo
eam honoravit, & in quo passionem &
mortem sustinuit pro nobis; sed, quia
non omnes tractant de honore & ho-
noratione nostræ Dominiæ, secundùm
quod deberent, propterea non uniunt
suam potestatem, imò eam dividunt in
diversas partes, & ideo, quando aliqui
volumus honorare nostram Dominam,
non possumus eam honorare, secundùm
quod volumus.

13. c. *O Domine, qui meum cor imples
amore & meum corpus languoribus!* Sen-
sualiter sentimus & intellectualiter in-
telegimus in hoc mundo esse multas
sextas hominum, qui idola & bestias
&

Li. V. Dist. XXXIX. C. CCLXXXVII. 335
& aves & serpentes adorant, tanquam
DEVM: igitur, totum hoc faciunt,
quia non memorant nec intelligunt nec
amant nostram Dominam nec nobilita-
tem & virtutem & honorationem ipsius;
quoniam, si eam memorarent & intelli-
gerent & amarent, non adorarent idola
nec aves nec serpentes.

14. Unde benedictus sis, *Domine*
DEUS; quia, sicut homo inamoratur
erga aliquam rem per hoc, quod me-
moret & intelligat pulchritudinem &
honorationem & bonitatem ipsius, ita
infideles carent amore erga nostram Do-
minam per hoc, quod non memorent
nec intelligant magnam pulchritudinem
& puritatem & virginitatem & mag-
nam honorationem & bonitatem ipsius,
quam amarent, si eas memorarent &
intelligerent.

15. Igitur, cum hoc ita sit, si
Christiani, *Domine*, perfectè amarent
nostram Dominam sanctam MARIAM
dignam amari amore perfecto, addis-
cerent idiomata infideliū & irent ad

ip-

336 B. Raym Lulli Lib. Contempl. Vol. III.
ipsos, ut facerent eos memorare & in-
telligere nostram Dominam & virtutem
& honorationem ipsius, ut eam amarent:
igitur, cùm in populo Christianorum
sint tot Religiosi apti ad addiscendum
diversas linguis & ad probandum & de-
monstrandum infidelibus honorationes
nostræ Dominæ, & sanctus Pater Apos-
tolicus & Cardinales adeo abundant bo-
nis Ecclesiæ, de quibus possunt facere
expensas, ille Papa & illi Cardinales &
illi Principes & illi Religiosi, qui suo
tempore tractabunt istam honorationem
adeo magnam erga nostram Dominam
erunt in gloria valde amati & hono-
rati ab ipsa nostra Domina & à suo glo-
rioso Filio.

16. f. *Æterne Domine, qui antecedis*
omnia & cui sit laus & gloria omni tem-
pore! Sensualiter sentimus & intellectua-
liter intelligimus Christianos amare nos-
tram Dominam, in quantum eam me-
morant & intelligunt in honoratione
& bonitate & virtute ipsius; sed, quia
valde major est virtus, quam ipsi ha-
bent

bent in potentia, quām virtus, quam
habent in actu memorando & intelligen-
do & amando nostram Dominam, prop-
terea valde parum amant eam.

17. Nam, si Christiani, *Domine*, ac-
tualiter amarent honorationem nostræ
Dominæ, secundùm potestatem aman-
di, quam habent in potentia, eam a-
deo ferventer memorarent & intellige-
rent, quòd sanctus locus, in quo ipsa na-
ta est, & sanctus locus, in quo concepit
de sancto Spiritu, & sanctum sepul-
chrum, in quo ipsa scidit sua vesti-
menta & effudit suas lacrimas propter
Passionem & Mortem sui gloriosi Filii,
essent in potestate Christianorum, &
ipsa & suus Filius honorarentur in illo
loco, in quo ipsa sustinuit ignominias
& suus Filius tormenta.

18. *Gloriose DEUS!* Quando mea a-
nima, *Domine*, memorat & intelligit
magnum amorem, quem nostra Domi-
na habet erga nos peccatores, tunc
memorat & intelligit ipsam ex omni-
bus viribus suæ memoriae memorare nos

338 B. Raym. Lulli Lib. Contempl. Vol. III.
& ex omnibus viribus sui intellectus intelligere nostram salutem & ex omnibus viribus suæ voluntatis velle nostrum bonum & nostram salvationem ; quia, nisi ita esset , significaretur , quòd ipsa non haberet perfectam memoriam & intelligentiam & voluntatem : igitur, cùm nostra Domina sit perfecta in omnibus suis virtutibus , quando erit illa gloriafa dies, in qua populus Christianorum simul conabitur memorare & intelligere & velle honorationes nostræ Dominæ, secundùm voluntatem ipsius ?

19. g. *Virtuose DEUS , qui tuum servum convertisti ad amandum tuos honores ! Nullus homo, qui sit amator falsitatis vel fraudis vel proditionis vel luxuriæ vel homicidii vel avaritiæ vel iræ vel ullius alterius vitii, est amator nostræ Dominæ : igitur , cùm totus mundus , Domine , sit plenus hominibus amantibus prædicta peccata , quis est, qui posset æstimare & numerare homines non amantes nostram Dominam?*

20. *Vir-*

20. *Virtuose Domine!* Sensualiter sentimus & intellectualiter intelligimus, quòd, quò plus homo accedit ad ignem, eò plus calcfiat, &, quò plus accedit ad nivem, eò plus frigefiat: igitur per similem comparationem significatur nostro intellectui, quòd homines, quò plus appropinquant suam animam ad memorandum & intelligendum & amandum humilitatem & castitatem & continentiam & virginitatem & justitiam & misericordiam, eò plus appropinquent eam ad memorandum & intelligendum & amandum nostram Dominam, &, quò plus elongant suam animam à memorando & intelligendo & amando prædictas virtutes, eò plus appropinquent eam vitiis, propter quæ minus memorant & cognoscunt & amant ipsam.

21. Igitur, qui vult certò scire, *Domine*, an plures homines sint, qui amant nostram Dominam, an verò, qui eam non amant, numeret homines, qui sunt **amatores virtutum**, & homines, qui sunt

340 *B. Raym. Lulli Lib. Contempl. Vol. III,*
sunt amatores vitiorum ; & , quando eos
numeravit , aspiciat, quinam sint plures,
quia tunc poterit cognoscere, an nostra
Domina à pluribus hominibus & in plu-
ribus locis & pluries memoretur & intel-
ligatur & ametur , quām non memo-
retur & ignoretur & non ametur.

22. h. *O Domine DEUS , qui es totum*
meum desiderium & tota mea spes, quia
complex omnia mea placita & adimpler
quidquid mea spes sperat ! Sensualiter
sentimus & intellectualiter intelligimus
multos esse homines, qui jurant per
nostram Dominam & perjurant, & mul-
tos esse homines, qui eam blasphemant
& inhonorant , & quòd hoc sit verum
nostra sensualitas sentit per visum &
auditum & nostra intellectualitas scit
memorando & intelligendo & percipiendo.

23. Igitur , si isti homines, *Domine*,
amarent nostram Dominam , non per-
jurarent, quando per eam jurarent , nec
eam inhonorarent nec blasphemarent;
quia non est natura amoris , quòd ho-
mo

Li. V. Dist. XXXIX. C. CCLXXXVII. 341
mò juret per id quod amat, & scien-
ter perjuret, nec amor dat homini ul-
lām proprietatem, per quam rem ama-
tam vilipendat & inhonorent & blas-
phemet & contemnat, imò secundūm
veritatem omnes istæ res sunt in ho-
mine per carentiam amoris.

24. Si audientes verba & inhono-
rationes & juramenta & blasphemias,
quas homines dicunt de nostra glorio-
sa Domina, valde amarent ipsam, non
tacerent, imò illos reprehenderent &
castigarent; &, cùm Saraceni, qui non
tantum cognoscunt nostram Dominam,
quantum Christiani, constituerint, quòd
omnis homo, qui dicat malum de nos-
tra Domina, damnetur ad mortem, quo-
modo potest esse, *Domine*, quòd Chris-
tiani, qui adeo sunt obligati ad aman-
dum ipsam, adeo parum puniant male-
dicentes eam?

25. i. *O Domine DEUS, qui es prin-
cipium & finis omnium rerum!* Sensua-
liter sentimus & intellectualiter intelli-
gimus multos & plerosque homines no-
minare

342 B. Raym. Lulli Lib. Contempl. Vol. III.
minare JESUM Christum simpliciter sinè
ulla honoratione: igitur, si isti valde
amarent nostram Dominam, quoties-
cumque nominant suum gloriosum Fi-
lium, honoratè ipsum nominarent, &
dicerent *noster Dominus DEUS JESUS*
Christus; quia majus placitum, quod
homo possit facere nostræ Dominae, est,
quando amat & honorat suum glorio-
sum Filium.

26. *Virtuose Domine!* Si in ecclesia
vel in aliis locis, quando homo audit
nominare JESUM Christum, genuflec-
teret & oscularetur terram in reveren-
tiam & honorem hujus sanctissimi No-
minis, significaretur, quod amaret nos-
tram Dominam gloriosam, quia non
potest homo eam amare, nisi honoret
ejus Filium & nisi cum amet & adoret
& precetur; &, si Angeli & animæ
paradisi adorant & laudant & hono-
rant sinè ulla cessatione Filium Virgi-
nis gloriosæ in cœlesti gloria, bene es-
set rationabile, quod nos, qui sumus
res viles in comparatione illorum in
hoc

Li. V. Dist. XXXIX. Ca. CCLXXXVII. 343
hoc mundo , qui est vili respectu per-
durabilis gloriæ , faceremus reverenti-
am Nominis JESU Christi, quando audi-
mus ipsum nominari.

27. *Pie Domine!* Si homines, qui sim-
pliciter nominant sanctam MARIAM,
perfectè amarent nostram Dominam,
quotiescunque eam nominarent, eam ho-
norarent dicendo *nostra Domina sancta
MARIA vel Virgo gloriofa vel Mater
DEI misericors vel Domina Advocata nos-
tra vel alia honorata nomina ad eam
pertinentia ; & , si homines, qui audi-
unt nominari nostram Dominam sanctam
MARIAM, eam perfectè memora-
rent & intelligerent & amarent , quo-
tiescunque audiunt eam nominari, me-
morarent & intelligerent & amarent
placita & honorationes ipsius , & læta-
rentur in eis & in ea confiderent in oin-
nibus suis necessitatibus.*

28. k. *JESU Christe Domine gloriose,*
qui honoras & amas omnes illos, qui sunt
amatores & honoratores nostre Domine
Virginis gloriose ! Qui non credunt qua-
tuor-

344 B. Raym. Lulli Lib. Contempl. Vol. III.
tuordecim Articulos sanctæ Fidei Catho-
licæ, imò sunt eis contrarii , non amant
nostram Dominam ; quia , si eam ama-
rent , amarent id , quod ipsa plùs amat,
scilicet prædictos quatuordecim Articu-
los , cò quòd in ipsis consistat omnis
gratia & benedictio nostræ Dominæ a-
moroſæ & ſui Filii glorioſi.

29. Qui non ſunt obedientes decem
mandatis , *Domine* , non amant nos-
tram Dominam Virginem glorioſam;
quia , ſi eam amarent , amarent decem
mandata & obedirent Tibi in eis : igi-
tur , cùm tot ſint homines , qui non
credunt quatuordecim Articulos sanctæ
Fidei Christianæ , & tot ſint , qui non
obediunt decem mandatis , quæ dediſ-
ti Moysi , quis poſſet numerare quot
ſint homines , qui non amant Virgi-
nem glorioſam?

30. *Glorioſe Domine!* Quando mea
anima conſiderat , quàm magnam ratio-
nem habeant omnes populi amandi &
honorandi & laudandi noſtram Domi-
nam sanctam MARIAM , & quàm
multi

Li. V. Dist. XXXIX. Ca. CCLXXXVII. 345
multi sunt, qui ei non faciunt ullam
reverentiam nec ullam honorationem
nec erga eam habent ullam benevolen-
tiam, scias, *Domine*, quòd tunc valde
mirer, quomodo possit esse tantus de-
fectus in hominibus, qui non memo-
rant nec intelligunt nec amant dulcem
Matrem nostri Domini DEI JESU Christi.

CAPUT CCLXXXVIII.

Quomodo homines ament suam Legem.

1. a. **D**EUS gloriose, à quo recipiunt gra-
tiam & benedictionem omnes
perfectiones & omnes virtutes! Qui vult
inquirere amorem, quem homines ha-
bent erga suam Legem, oportet, *Do-
mine*, quòd inquisitionem faciat cum
tribus virtutibus animæ in novem rebus,
quæ sunt tua *Deitas*, tua *Humanitas*,
Apostoli, quatuordecim *Articuli*, decem
Mandata, *Fides*, *Ratio*, *Paradisus*, &
Hæresis.

2. Nam, in quantum homo, *Do-
mine*,

346 R. Raym. Lulli Lib. Contempl. Vol. III.
mine, continuat in memorando & in-
telligendo novem res prædictas, in tan-
tum inamorat suam voluntatem erga
Legem & credentiam, in qua est; quia,
sicut homo sensualiter se inamorat er-
ga aliquam rem sensualem memorando
& intelligendo eam longa continuatio-
ne, ita intellectualiter potest se inamo-
rare erga suam Legem, secundùm quod
memorat & intelligit novem res præ-
dictas.

3. Quoniam, sicut videre pulchram
figuram est voluntati occasio amandi
eam, ita, *Domine*, memorare & intel-
ligere virtutem & perfectionem, quæ
est in novem rebus prædictis est volun-
tati occasio amandi ipsam; quia, sicut
in speculo sensualiter repræsentatur fi-
gura, ita virtus & nobilitas istarum no-
vem rerum repræsentatur memoriæ &
intellectui, ut voluntas eam amet: igi-
tur, cùm hoc ita sit, qui vult inqui-
rere & invenire an sit amator suæ Le-
gis, oportet, quòd prædicto modo hoc
inquirat, quia aliter non posset hoc inve-
nire nec percipere.

4. b. o.

Li. V. Dist. XXXIX. Ca. CCLXXXVIII. 347
4. b. *O DEUS potens, liberalis, abundans, in quo confido in omnibus meis necessitatibus ! Prima res est tua sancta Deitas : unde dicimus, Domine, quod intellectualiter intelligamus Te dedisse Legem Moysi, ut populus Israel dirigeretur ad gloriosam beatitudinem perdurablem ; &, quia Lex fuit via, per quam oportuit illum populum dirigi ad possidendum gloriam , propterea, quando anima memorat & intelligit magnam gratiam , quam fecisti populo, cui dedisti Legem, ut dirigeretur ad salvationem , tunc percipi magnam nobilitatem Legis , quæ est occasio salvationis , & per hanc perceptionem occasionatur ad amandum illam.*

5. *Unde benedictus sis, Domine Deus ; quia , sicut honorasti & nobilitasti hominem super vegetabilia & animalia irrationalia creando in eo Rationalem , quam non creasti in vegetabilibus nec in irrationalibus , ita amasti & honorasti & aggratiasti & nobilitasti homines, quibus dedisti Legem super illos,*
qui

348 B. Raym. Lulli Lib. Contempl. Vol. III.
qui sunt sīnē Lege: igitur, quando
nostra anima memorat & intelligit quan-
tum bonum sit homini habere Ratio-
nem & quanta privatio boni sit non
habere Rationem, & memorat & in-
telligit, quod aequè magnum vel ma-
jus bonum & majorem gratiam recipi-
at homo à suo Creatore quando reci-
pit Legem, quam quando recipit Ra-
tionem, tunc ita ferventer amat Le-
gem, in qua est, sicut Rationem, quam
habet in se.

6. *Gratiōse DEUS!* Vegetabilibus &
animalibus irrationalibus nullum detri-
mentum est *esse*, in quo sunt, nec me-
liùs esset eis non *esse*, quam *esse*; sed
de hominibus, qui sunt sīnē Lege, non
est ita, *Domine*, quia illis, qui mori-
untur sīnē vera credentia & fide, mul-
tò meliùs esset sīnē omni comparatio-
ne *non esse*, quam *esse*, licet habeant
naturam rationalem: igitur, quando
homo memorat & intelligit, quod per
Legem sit paratus & directus ad per-
durabilem beatitudinem, & per priva-
tio-

Li. V. Dist. XXXIX. Cæ. CCLXXXVIII. 349
tionem Legis ad perdurablem maledictionem & ad privationem perdurabilis beatitudinis, tunc habet cognitionem de magna gratia, quam Tu facis omnibus illis, qui sunt in Lege, & per hanc cognitionem occasionatur ad amandum Legem memoratam & intellectam in sua virtute & nobilitate.

7. c. *Misericors Domine erga omnes, qui misericordiam à Te petunt!* Secunda res est tua gloria Humanitas: unde dicimus, quod intellectualiter intelligamus Personam Filii esse incarnatam in carne, quam assumpsit ex gloria Virgine, secundum quod jam probavimus, & hoc fuit, ut in generali daretur Lex toti humanæ speciei, quia sicut dedisti specialem Legem tribui Israël, ita nova Lex, quam dedisti per recreationem, est generalis, eò quod totum mundum recreaveris & omnis homo possit habere istam Legem: igitur, cùni hoc ita sit, per hoc significatur, quod Lex vetus sit fundamentum & nova sit fructus.

8. Id, per quod significatur humano

350 B. Raym Lulli Lib. Contempl. Vol. III.
mano intellectui, *Domine*, quòd Lex
vetus sit radix & nova fructus, est, quia
Lex vetus fuit data speciali sensualita-
ti & intellectuali, & nova Lex est
data generali sensualitati & intellectua-
litati: igitur, cum generale sit supra
speciale, dignum est, quòd Lex nova
sit fructus specialis, & etiam, quia Le-
gem novam recepimus ab ipsomet, qui
est Gloria, ad quam directi sumus per
Legem, & Legem veterem recepimus
per Moysen, qui est creatura directa
& ordinata ad gloriam illius, qui Le-
gem novam dedit.

9. Unde, sicut annulus aureus, in
quo est rubinus, dat voluntati occasio-
nem amandi eum, quando memoria
memorat & intellectus intelligit ipsum,
ita, *Domine*, multò melius est occasio-
nata voluntas hominis Christiani ad a-
mandum Legem novam, quando me-
moria memorat & intellectus intelligit
nobilitatem & utilitatem ipsius, & quòd
ipsa sit data à Persona Filii incarnata,
&, quòd ad dandum ipsam, oportuerit
ad eo

Li. V. Dist. XXXIX. Ca. CCLXXXVIII. 351
adeo nobilem creaturam, sicut est tua
Humanitas, effundere suum Sanguinem
& sustinere Passionem & Mortem.

io. d. *Memorator Domine tui servi, Amator Domine tui amatoris!* Tertia res
sunt *Apostoli*: unde dicimus, quod, quando
anima fidelis Christiani memorat
sanctos Apostolos & eorum opera, &
memorat quomodo ipsi fuerint inspirati
à sancto Spiritu in die Pentecostes,
ut extenderent novam Legem, & quo-
modo ad augendum populum Christiano-
rum sustinuerint tormenta & mor-
tem, tunc sit occasionata ad valde a-
mandum Legem, quæ à tam nobilibus
sanctis fuit prædicata & amata.

ii. Quia, in quantum memoria me-
morat & intellectus intelligit, *Domine*,
nobilitatem Apostolorum & afflictiones
& labores, quos sustinuerunt, & grati-
am, quam habuerunt, quando fuerunt
illuminati gratiâ sancti Spiritûs, & quod
non converterint mundum per vim gla-
diorum, sed per solam prædicationem,
& quod non curaverint de possessione
bono-

352 B. Raym. *Lulli Lib. Contempl. Vol. III,*
bonorum & delectationum hujus mun-
di, imò amaverint mori ad exaltandum
Fidem Catholicam, in tantum memo-
ria & intellectus obligant voluntatem
ad amandum Legem Christianam.

12. Qui vult amare Legem, *Domine*,
memoret & intelligat magnam hono-
rationem, in qua sunt Apostoli & Mar-
tyres, qui sunt mortui ad honoran-
dum sanctam Legem Romanam; quia
sensualiter sentimus & intellectualiter in-
telligimus in hoc mundo non esse ul-
los homines adeo honoratos post mor-
tem, sicut Apostoli & alii, qui Legem
per mundum prædicarunt, quoniam
propter ipsos faciunt homines jejunia
& peregrinationes & festa & multas ora-
tiones & clemosynas & multa alia bo-
na: igitur, cùm in nullo alio populo
ulli homines sint adeo honorati, sicut
Apostoli in populo Christianorum, per
hoc significatur voluntati Christianæ se-
esse plūs obligatam per visum sensua-
lem & intellectualem ad amandum su-
am Legem, quàm ulla alia voluntas
ad

Li.V. Dist.XXXIX. Ca.CCLXXXVIII. 353
ad amandum fidem & credentiam aliorum populorum.

13. e. *Honorate Domine, plene omnibus honorationibus & omnibus viribus! Quartae res sunt quatuordecim Articuli: unde dicimus, quod volentem amare sanctam Fidem Catholicam, oporteat per Fidem vel per Rationem ducere suam memoriam & suum intellectum per quatuordecim Articulos; quia, in quantum anima contemplando memorat & intelligit istos Articulos, in tantum voluntas occasionatur ad amandum eos; cum, secundum quod memoria robatur in memorando & intellectus in intelligendo virtutem & nobilitatem & excellentiam ipsorum, roboretur & virtuificetur voluntas in amando eos.*

14. *Cum quatuordecim Articuli, Domine, sint nobis res intellectuales, qui volunt eos memorare & intelligere per rationes necessarias, oportet, quod recipiant significationes rerum sensualium, ut possint recipere significationes tuarum Qualitatum, quæ humano intellectui*

354 B. Raym. Lulli Lib. Contempl. Vol. III,
lectui per rationes necessarias significant
ipsos esse in vera veritate; &, si per
istum modum possint recipere memo-
riam & intelligentiam de quatuordecim
Articulis, sua voluntas de necessitate
obligabitur ad amandum eos, & per
illum amorem obligabitur ad amandum
sanctam Legem Romanam.

15. *Gloriose Domine!* Si aliquis ho-
mo grossi ingenii, vel qui non sciat li-
teras, non possit cognoscere veritatem
quatuordecim Articulorum memorando
& intelligendo eos per rationes nece-
sarias, oportet, *Domine*, quòd ipsos
contempletur per memoriam & volun-
tatem, & caveat sibi, ne conjungat me-
moriæ intellectum ad occasionandum
voluntatem, quia tunc voluntas non
amaret quatuordecim Articulos, cò quòd
intellectus non eos intelligeret, nec ama-
ret Legem fundatam in eis, & prop-
terea consulo hominibus nesciis, ut ac-
cipiant alium modum, quo quatuor-
decim Articulos possint contemplari,
scilicet, quòd contemplentur eos per

VO-

Li.V. Dist. XXXIX. Ca.CCLXXXVIII. 355
voluntatem & memoriam , quia ex his
duabus virtutibus formatur Fides, sicut
ex intellectu & memoria formatur Ra-
tio , eò quòd voluntas , quando non
quærerit intelligentiam , amet id , quod
memoria memorat , & per hunc mo-
dum formatur Fides in amando id, quod
non intelligit : igitur , cùm hoc ita sit,
per istum modum potest homo amare
Articulos & per Articulos suam Le-
gem , & iste amor est valde magni me-
riti.

16. f. *O DEUS virtuose , qui tuum a-
matorem direxisti in tuis honorationibus
& in tuis laudibus ! Quinta res sunt de-
cem Mandata : unde dicimus , Domine ,*
quòd , sicut sensualiter sentimus corpus
esse compositum ex materia & forma,
ita intellectualiter intelligamus necessa-
riò oportere perfectam Legem esse com-
positam ex decem mandatis , quæ Tu
dedisti Moysi , & quatuordecim Articu-
lis , qui continentur in Lege Christianorum ; quia , sicut corpus nihil esset
sincè materia & forma , ita perfectio non
pos.

356 B. Raym. Lulli Lib. Contempl. Vol. III.
posset esse in Lege sinè decem manda-
tis & quatuordecim Articulis.

17. Unde, quando mea anima, *Do-
mine*, memorat decem mandata non
significare ita bene cœlestein gloriam,
sicut eam significant quatuordecim Ar-
ticuli, tunc significatur ei, quòd, si-
cut forma conjungitur cum materia ad
demonstrandum ipsam, ita quatuorde-
cim Articuli conjungantur cum decem
mandatis, ut sint forma demonstrans ip-
sa; &, quando mea anima, *Domine*,
contemplatur isto modo decem man-
data & memorat & intelligit ipsa esse
radicem quatuordecim Articulorum &
esse data Moysi à tua sancta Deitate,
tunc se sentit obligatam ad amandum
illa & per amorem ipsorum ad amandum
sanctam Legem Catholicam.

18. *Virtuose Domine!* Quando mea
anima memorat & intelligit decem man-
data esse præcepta valde magna ratio-
ne & valde magna justitia & valde mag-
na sapientia, tunc se sentit obligatam
ad amandum obedientiam, ut obediatur
eis

Li.V. Dist.XXXIX. Ca.CCLXXXVIII. 357
eis memorando & intelligendo & aman-
do omnia , quæ in eis præcipiuntur;
& , quando sentio meam animam ama-
re decem mandata , sentio eam amare
virtutes, ut possit obedire ipsis mandatis,
& obediendo eis amat sanctam Legem
Christianam ædificatam super ipsa.

19. g. *Perfecte Domine in omnibus per-
fectionibus , honorate Domine in omnibus
honorationibus!* *Sexta* res est *Fides:* un-
de dicimus , quòd vera Fides non pos-
sit formari in vera Lege sìne Ratione;
quia , sicut corpus hominis non posset
ordinatè incedere uno solo pede , ita
via paradisi non potest esse in sola Fi-
de sine Ratione ; quoniam , si in sola
Fide esset & non in Ratione , signifi-
caretur , quòd haberet in se defectum,
& si haberet defectum non posset ho-
mo per eam ire ad perfectionem.

20. Unde , in quantum dicimus ,
quòd vera Fides non posset recipere for-
mam sìne Ratione , hoc dicimus , *Do-
mine* , in quantum oportet esse ratio-
nabile & verum , quòd anima crea-
dat

358 B. Raym. Lulli Lib. Contempl. Vol. III.
dat id , quod non potest intelligere ,
dummodo sit verum & dignum credi &
intelligi ; quia , si res , quæ est vera , cre-
deretur , & non esset rationabile , quòd
crederetur , significaretur , quòd nulla
res credita esset Tibi placens & accep-
tabilis : unde , quia illi , qui falsò
credunt id , quod non intelligunt ,
credunt contra Rationem credendo es-
se verum id , quod non est verum ,
propterea oportet , quòd homo habe-
at Rationem credendi veritatem , quam
suus intellectus non potest intelligere ;
quoniam , sicut Ratio formatur in in-
tellectu , qui intelligit id , quod est ve-
rum , ita formatur in voluntate , quan-
do amat & vult veram Fidem , quam
intellectus non potest intelligere .

21. Igitur , cùm hoc ita sit , *Domi-
ne* , quando anima fidelis Christiani ha-
bet Fidem , quòd sua Lex sit vera in
rebus , quas non potest intelligere , tunc
amat suam Legem per Fidem , qui a-
mor est dignus & debitus ; quia si ho-
mo non esset obligatus ad amandum nisi

id ,

id , quod intelligit , Fides non haberet meritum , & homines , qui non intelligunt suam Legem per necessarias rationes, non essent obligati ad amandum ipsam ; & , si Legem non amarent, non essent in Lege; & si in ea non essent, non essent in via salvationis ; & , si ita esset , significaretur in Datore Legis & in Creatore Fidei esse defectum , quod est impossibile.

22. h. *O Domine DEUS , qui adjuvas tuos servos in suis tribulationibus!* Septima res est *Ratio*: unde dicimus, quod illi , qui per necessarias rationes memorant & intelligunt quatuordecim Articulos , amant suam Legem per Rationem , quia adeo magnam virtutem habent memoria , quæ memorat, & intellectus , qui intelligit quatuordecim Articulos per significationes & demonstrationes , ex quibus formantur rationes necessariæ , quòd de necessitate oporteat voluntatem amare quatuordecim Articulos, & amando eos amare Legem formatam in eis.

23. Unde

23. Unde benedictus sis, *Domine DEUS*, quia valde bene hoc ordinasti; quoniam, sicut Fides dat majus meritum, quam Ratio, quando homo credit id, quod non intelligit, ita Ratio dat & multiplicat maiorem amorem, quam Fides, quando homo amat id, quod intelligit: igitur, sicut uno modo per Fidem homo lucratur plus meriti, quam per Rationem, ita alio modo lucratur plus meriri per Rationem, quam per Fidem, scilicet per multiplicationem amoris ferventiū & in majori quantitate multiplicati per Rationem, quam per Fidem; &, si ita non esset, *Domine*, Tu fecisses injuriam intellectui, quia, si intellectus non posset adeo magnum meritum dare animae per intelligere, sicut voluntas per amare id, quod intellectus ignorat, significaretur, quod intellectus in sua ignorantia esset utilior, quam in sua perceptione; &, si ita esset, significaretur, quod ipse valeret plus per defectum, quam per perfectionem, quod est impossibile.

24. *Gloriose Domine!* Quando intellectus formatur in falsa Ratione opinando intelligere id, quod non intelligit, tunc, si haberet meritum, in quantum putat intelligere falsam sectam nominatam Legem esse veram, frustra esset creata Fides in homine; quia, dum per intellectum falso figuratum homo lucratur meritum, non oporteret, quod haberet Fidem in rebus, quas non intelligit, sed, quod opinaretur esse in veritate, quidquid suus intellectus figurat sive verè sive falso; &, si per istum modum esset possibile, quod Lex amaretur meritorie, esset impossibile, quod ipsa esset via perfectionis; &, si ipsa non esset via perfectionis, significaretur, quod in Te esset defectus.

25. i. *JESU Christe Domine nobilis gloriose, cui sit gloria & benedictio omni tempore!* Octava res est *Paradisus*: unde dicimus, quod, quando anima memorat & intelligit magnam gloriam paradi & memorat & intelligit, quod homo non possit ire ad illam, nisi per Legem;

362 B. Raym. Lulli Lib. Contempl. Vol. III.
gem verain creditam vel intellectam, tunc
in amoreetur erga illam gloriam & erga Le-
gem, quæ est via Paradisi.

26. *Gloriose Domine!* Sicut memoria
memorando & intellectus intelligendo
sunt voluntati occasio amandi Legem,
ita voluntas amando id, quod de pa-
radiso est memoratum & intellectum, est
memoriæ occasio memorandi & est in-
tellectui occasio intelligendi id, quòd
ipsa amat in paradyso & in via ipsius:
igitur, cùm hoc ita sit, quando homi-
nes, qui sunt honorati & beneficiati
per Legem Romanam sunt negligentes
in honorando & multiplicando sanctam
Fidem Romanam propter negotia sen-
sualia, quæ habent in rebus tempora-
libus, tunc significatur, quòd ipsi non
honorent suam Legem, secundùm quod
deberent, quam honorationem non ci-
faciunt, eò quòd habent defectum in
memorando & intelligendo & volendo
gloriam paradisi: igitur, cùm gloria para-
disi, *Domine*, sit perfecta, per hoc signi-
ficatur, quòd nullus homo sit dignus ire

ad

Li.V. Dist.XXXIX. Ca.CCLXXXVIII. 363
ad ipsam habendo defectum in suo me-
morare & intelligere & velle.

27. *Misericors Domine!* Sensualiter sentimus & intellectualiter intelligimus in hoc mundo esse multas sectas & credentias contrarias sanctæ Legi Catholicae, quæ est via paradisi: igitur illi Christiani, qui non memorant nec intelligunt nec odio habent sectas & credentias contrarias viæ paradisi, quomodo poterunt ire per viam paradisi, cùm significetur humano intellectui, quòd, sicut ire ad paradisum est cum memoria & intellectu & voluntate negotiantibus & tractantibus de via paradisi, ita, qui non memorant nec intelligunt nec odio habent sectas contrarias, quæ impediunt viam paradisi, non eant per ipsam, dum sint obligati & possint illas sectas impugnare memorando & intelligendo & odiendo cas.

28. k. *O DEUS fortis, qui beatos fideles Christians defendis & custodis, quando habent erga Te fidem memoriam & intellectum & voluntatem! Nona res sunt boni-*

364 B.Raym. *Lulli Lib. Contempl. Vol. III.*
homines credentes in errorem: unde dici-
mus, *Domine*, quòd intellectualiter in-
telligamus hæreticos credentes in erro-
rem adeo amare suam credentiam, in qua
habent falsam memoriam & falsum in-
tellectum, quòd nec culter nec ensis nec
ignis nec ulla pœna, quæ eis minetur,
possit separare voluntatem ipsorum ab er-
rore, in quo sunt.

29. Igitur, cùm à falsa memoria &
à falso intellectu excat in errantibus a-
deo magna voluntas in amando suum
errorem, quòd per nullam pœnam pos-
sint ab errore separari, quantò plùs, *Do-
mine*, à memoria & intellectu Christia-
norum, qui sunt in veritate & sunt ho-
norati per Fidem Romanam, deberet exi-
re magna voluntas ad multum aman-
dum & honorandum sanctam Fidem Ro-
manam? Nam, in quantum Christiani per
nulos labores nec per ullam mortem se-
pararemur ab amore nostræ Legis, su-
mus æquales errantibus, qui pro amo-
re sive Legis idem facerent; sed, si Chris-
tiani iremus per mundum ad prædican-
dum

Li.V. Dist.XXXIX. Ca.CCLXXXVIII. 365
dum & disputandum cum infidelibus &
non dubitaremus sustinere famem nec
sitim nec infirmitatem nec tormenta
nec mortem , tunc significaretur , quòd
à nostra memoria & à nostro intellec-
tu exiret major amor in amando nos-
tram Legem , quam à memoria & intel-
lectu errantium , ex quibus non exit a-
deo magna voluntas , quòd faciat eos
animosos & audaces prædicandi suos er-
rores inter nos.

30. Igitur , cùm Tu , *Domine* , adeo
honoraveris & amaveris Christianos su-
per omnes alios homines , placeat Ti-
bi adeo virtuificare ipsorum memoriam
in memorando & intellectum in intel-
ligendo honorationem sanctæ Fidei Ca-
tholicæ , quòd amor sanctorum Religio-
rum & aliorum hominum justorum sit
adeo magnus & fervens , quòd per om-
nia loca mundi faciat eos laudare & be-
nedicere tuam sanctam Unitatem & Tri-
nitatem & Incarnationem ad gloriam
& laudem sanctæ Fidei Catholicæ ædi-
ficatæ & honoratæ & ornatæ per effu-
sionem

366 B. Raym. Lulli Lib. Contempl. Vol. III.
sionem sanguinis , qui exivit à tuo sancto Corpore glorioſo & à benedictis corporibus sanctorum Apostolorum & Martyrum , qui ſuſtinuerunt mortem ad dandum gloriam & laudem de ſuo glorioſo DEO.

CAPUT CCLXXXIX.

*Quomodo homo amet in hoc mundo
& in alio.*

1. a. **O** DEUS amate ſuper omnes amores ! O DEUS volite ſuper omnes voluntates ! Qui vult inquirere & invenire amorem , quem homo habet in hoc mundo & in alio, oportet, Domine , quod eum inquirat cum tribus virtutibus animæ in novem rebus , quæ ſunt compositio , alteratio , veritas , magnitudo , relatio , locus , tempus , gloria , & perfectio .

2. Unde benedictus ſis, Domine DEUS ; quia , quando homo conſiderat amorem in novem rebus prædictis memoran-

Li. V. Dist. XXXIX. Cæ. CCLXXXIX. 367
morando & intelligendo amorem hujus
mundi & alterius , tunc amor figuratur
& demonstratur humano intellectui se-
cundùm significationes , quas recipit ab
illis ; quoniam , sicut materia sensuali-
ter demonstratur per formam , ita in-
tellectualiter demonstratur humano intel-
lectui amor per significationes prædic-
tarum rerum.

3. Unde , sicut forma sensualis de-
monstrat oculis corporalibus materiam ,
ita , *Domine* , amor hujus mundi de-
monstratur memoriæ & intellectui & vo-
luntati ; sed , quia est diversitas inter
memoriam & intellectum & voluntati-
tem , propterea est diversitas inter de-
monstrationem , quam amor facit de se
ipso his tribus virtutibus animæ ; quo-
niam memoria se demonstrat ipsâ gene-
rante intellectum & dante processionem
voluntati , & intellectui se demonstrat re-
cipiente ipso generationem à memoria
& dante processionem voluntati , & vo-
luntati se demonstrat exente ipsa à me-
moria & intellectu : igitur , quando
me-

368 B. Raym. Lulli Lib. Contempl. Vol. III.
memoria memorat diversitatem, quæ est
inter istum mundum & alium, & intel-
lectus eam intelligit & voluntas eam vult,
tunc figuratur istis tribus virtutibus a-
mor hujus mundi in una figura & amor
alterius mundi in alia.

4. b. *Simplex Domine sinè ulla compo-
sitione & sinè ulla alteratione!* Prima res
est *compositio*: unde dicimus, quod,
quando anima hominis memorat & in-
telligit significations amoris secundum
compositionem mundanam, tunc me-
moret & intelligat amorem hujus mun-
di esse compositè ex anima & corpore;
quia per hoc, quod anima in hoc mun-
do non possit memorare nec intelligere
sinè adjutorio corporis, ipsa non potest
amare sinè adjutorio ipsius, quod ne-
cessariò oportet esse ei subiectum & in-
strumentum, ut ipsa habeat suas virtutes
in actu memorando & intelligendo &
volendo.

5. Unde, sicut mulus compositè ge-
neratur ex equo & asina, ita, *Domine*,
amor hujus mundi compositè generatur
ex

Lib. V. Dist. XXXIX. Cap. CCLXXXIX. 369
ex anima & corpore: igitur, sicut figura & natura muli recipit tertiam formam & tertiam naturam in hoc, quod non sit similis figuræ & naturæ equi nec asinæ, ita amor, quem homo habet in hoc mundo recipit tertiam formam diversam à forma animæ & corporis; &, sicut mulus recipit maiorem formam & potentius corpus, quam sit forma & corpus asinæ, ratione formæ & naturæ equi, qui est pulchrior & potentior asinâ, ita amor, quem homo habet in hoc mundo, recipit meliorem & nobiliorem formam, quam sit natura corporis, ratione virtutis animæ, quæ est melior virtute corporis; &, sicut mulus non potest recipere adeo pulchram formam nec adeo nobilem naturam, sicut est forma & natura equi, & hoc est ratione defectus asinæ, quæ est turpis, & vilis formæ in comparatione equi, ita amor, quem homo habet in hoc mundo, non potest recipere adeo nobilem formam & naturam, sicut est forma & natura animæ,

Aa

&

370 B. Raym. Lulli Lib. Contempl. Vol. III.
& hoc est ratione defectus naturæ corporis, quod est res viles & corrupta in comparatione naturæ animæ.

6. Igitur, cùm hoc ita sit, *Domine*, per hoc significatur humano intellectui, quòd amor hujus mundi non sit tantæ quantitatis nec tantæ virtutis & nobilitatis, quantæ est amor Sanctorum in gloria; quia, sicut equus per hoc, quòd componat figuram muli in asina, non potest illi figuræ dare tantam nobilitatem, quantam ipse habet, ratione viliis figuræ & naturæ asinæ, ita anima non potest habere in actu tantam memoriam & intelligentiam & voluntatem, quantam virtutem habet in potentia; quoniam, si corpus posset ei sufficere ad memorandum & intelligentium & volendum actualiter, quantam virtutem habet potentialiter, multò majorem memoriam & intelligentiam & voluntatem haberet, quàm de facto habeat, eò quòd vilitas corporis eam impedit ne possit memorare & intelligere & velle secundūm suam virtutem,

Lib.V. Dist.XXXIX. Cap. CCLXXXIX. 371
tem , sicut natura asinæ impedit equum
ne possit in ea generare filium adeo
nobilis naturæ , sicut ipsum generaret
in equa : unde , sicut asina generat fi-
lium meliorem se ipsâ ratione equi , ita
corpus utitur majori virtute , quâm sit
suamet , quando est subjectum , in quo
anima habet suas virtutes in actu : igi-
tur , cùm hoc ita sit , *Domine , & Sanc-*
ti in gloria habeant in actu suam me-
memoriam & intellectum & voluntatem
sine corpore , & post resurrectionem
corpus erit glorificatum , ut sine impe-
dimento ipsius anima possit memorare
& intelligere & velle , per hoc signi-
ficatur , quòd sine omni comparatione
sit major & melior amor in gloria , quâm
amor hujus mundi.

7. c. *Immortalis Domine , incommutabi-*
lis , firme sine ulla alteratione ! Secun-
da res est alteratio : unde dicimus , quòd
sensualiter sentiamus & intellectualiter
intelligamus , quòd , quando homo po-
nit vinum in vase acetuoso , sapor vi-
ni recipiat aliam formam & alteretur
in

372 B. Raym. Lulli Lib. Contempl. Vol. III.
in formam corruptam: igitur per similem comparationem potest intelligi almor, quem homo habet in hoc mundo; quia per hoc, quod corpus sit de natura, quae in Adamo recepit corruptionem, quando Tu ponis animam in corpore, ipsa est in eo constricta & non potest uti nec frui tota sua virtute memorando & intelligendo & amando, & propterea alteratur suus amor in minorem formam, quam sit sua virtus & sua potestas potentialis.

8. Nam, sicut parvulus infans non habet corpus, quod possit portare magnum onus, ita, *Domine*, corpus humanum est adeo res vialis & corrupta per peccatum, quod non possit in hoc mundo esse subjectum magnae memoriæ & intelligentiæ & voluntati, & propterea anima non possit in ipso nec cum ipso nec per ipsum habere tantam memoriam & intelligentiam & voluntatem actualiter, quantam habet potentialiter; & ideo, quando anima in hoc mundo memorat & intelligit & amat, alte.

Lib. V; Dist. XXXIX, Cap. CCLXXXIX. 373
alterantur sua memoria & suus intellectus & sua voluntas in parvam quantitatem , quam non habent ex sua natura, imò est in eis accidentaliter ratione conjunctionis cum corpore , quod est in virtute res modica & misera.

9. Unde benedictus sis, *Domine Deus*; quia , sicut vinum , quando ponitur in bono vase, non alteratur in sapore nec in colore vili alteratione, imò vas potest esse adeo bonum , quòd melioret vinum in colore & sapore , ita, quando anima hominis justi virtuosí transit de hoc mundo in aliud , alterantur sua memoria & suus intellectus & sua voluntas in valde majorem virtutem , quàm esset virtus , quam habebant , quando anima venit ad corpus, & hoc est ratione bonorum operum, quæ ipsa fecit cum corpore in hoc mundo pro tuo amore ; quoniam , sicut Tu , *Domine* , per creationem & per gratiam das animæ valde magnam virtutem memorandi & intelligendi & amandi potentialiter , quando eam con-
jungis

374 R. Raym. Lulli Lib. Contempl. Vol. III.
jungis cum corpore , ita per merita bo-
norum operum , quæ homo facit in
hoc mundo das in alio suæ animæ val-
de magnam virtutem memorandi & in-
telligendi & amandi actualiter : igitur,
cùm hoc ita sit , quis posset æstimare
magnitudinem amoris , quem habent
Sancti in gloria in comparatione parvi
amoris , quem habemus in hoc mun-
do ?

10. d. *Vere Domine , à quo omnis ve-
ritas recipit gratiam & benedictionem!*
Tertia res est veritas : unde dicimus ,
quòd sensualiter sentiamus & intellec-
tualiter intelligamus amorem , quem
homo habet erga istas res mundanas ,
plùs esse per secundam intentionem ,
quàm per primam , quia vegetabilia &
animalia irrationalia & metalla & aliæ
res similes pluries & à pluribus homi-
nibus amantur per secundam intentio-
nem , quàm per primam : unde , cùm
sit natura veri amoris amare & amari
per primam intentionem , propterea om-
nis res , quæ memoretur & intelliga-
tur

Lib.V. Dist.XXXIX. Cap.CCLXXXIX. 375
tur & ametur per secundam intentionem, quasi nihil amatur in comparatione rei memoratae & intellectae & amatæ per primam.

ii. Igitur, cùm sensualiter sentiamus & intellectualiter intelligamus, *Domine*, homines mundanos & peccatores amare Te secundâ intentione & se ipsos primâ & amare se invicem secundâ intentione, & sentiamus & intelligamus plures esse in hoc mundo peccatores, quàm justos, per hoc significatur, quòd amor in hoc mundo sit plus in falsitate & in parva quantitate amoris, quàm in veritate & in magna quantitate amoris.

ix. *Gloriose Domine!* Sicut in mari capitur plus aquæ, quàm in puto, ita in memoria & intellectu & voluntate Sanctorum in gloria capitur plus veritatis, quàm in memoria & intellectu & voluntate hominum in hoc mundo, & propterea plus primæ intentionis amoris capitur in Sanctis paradisi, quàm in nobis,¹ & in nobis capitur plus secundæ

376 B. Raym. *Lulli Lib. Contempl. Vol. III,*
cundæ intentionis amoris, quām in illis;
igitur, cùm hoc ita sit, per significa-
tiones veritatis demonstratur multò ma-
jorem sīnè omni comparatione esse amo-
rem, quem habent Sancti in gloria, quām
amorem, quem nos habemus in hoc
mundo.

13. e, *Potens Domine, honorate, virtuo-*
se! *Quarta* res est *magnitudo*: unde di-
cimus, quòd sensualiter sentiamus & in-
tellectualiter intelligamus amorem, quem
homo habet in hoc mundo esse valde
parvam rem, quia adeo sunt parva res
sua memoria & suus intellectus, quòd
non possit de c̄is exire magna volun-
tas & magnus amor; quoniam in hoc
mundo non potest homo memorare nec
intelligere nec velle diversas res simul,
nec in eo vivit longo tempore, & ideo
non habet tempus ad multum memo-
randum & intelligendum & volendum,
nec tantum memorat & intelligit &
vult, quanta est totalitas rei, quam
memorat & intelligit & vult.

14. Nam, sicut, quando homo si-
tiens

Lib. V. Dist. XXXIX. Cap. CCLXXXIX. 377
tiens memorat & intelligit aliquem fontem, non memorat nec intelligit omnes alios fontes nec omnia alia loca, in quibus est aqua, quia, si hoc faceret, memoraret & intelligeret omnes putos & fontes & omnia flumina, quæ sunt in mundo, quod est ei impossibile, ita, *Domine*, quando homo amat in hoc mundo, non amat nisi unam rem uno tempore memoratam & intellectam: igitur, cùm tot sint res in hoc mundo non memoratæ nec intellectæ, per hoc significatur hunc mundum non esse locum magni amoris in comparatione alterius facili.

15. *Glorioso DEUS!* Sicut res hujus mundi sunt parvæ in virtute & nobilitate, ita est parva voluntas, quæ eas amat; &, sicut una stella est major, quam omnia vegetabilia & animalia & metalla & quam tota terra & mare, ita quælibet animarum & Angelorum gloriae est major in virtute & nobilitate, quam omnes res sensuales hujus mundi; quia, nisi ita esset, significaretur, quod major

378 B. Raym. Lulli Lib. Contempl. Vol. III.
jorem virtutem haberent stellæ in magnitudine sensuali , quām Sancti paradisi in magnitudine intellectuali , quod est impossibile ; quoniam , si esset possibile , virtuosiores forent in magnitudine corporali res sensuales , quām in magnitudine spirituali res intellectuales , quod est impossibile : igitur , cūm hoc ita sit , *Domine* , per hoc significatur magnus amor , quem Sancti habent in gloria , quia major est amor , quem unus habet , quām sint omnes amores hujus mundi.

16. f. *Honorate Domine , cui sunt omnes reverentiae & honores ! Quinta res est relatio :* unde dicimus , quod amor hujus mundi , secundūm quod sensualiter sentimus & intellectualiter intelligimus , exeat ab amico & amato : igitur , cūm plerique homines hujus mundi sint amatores viliū rerum parvæ utilitatis & parvi valoris , & res amatæ non sint dignæ amari magnâ memoria & intelligentia & voluntate , per hoc significatur humano intelleg-

tui

Lib.V. Dist. XXXIX. Cap. CCLXXXIX. 379
tui, secundum relationem amici & amati,
amorem hujus mundi non habere na-
turam nec proprietatem , per quam
possit esse magnus in virtute & no-
bilitate.

17. Nam , sicut est naturale , *Do-
mine* , quod ex parva memoria gene-
retur parva intelligentia & ex parva me-
moria & intelligentia exeat parva vo-
luntas , ita est naturale , quod ex vili
amatore & ex vili re amata generetur
parvus amor: igitur, cum homines in hoc
mundo sint viles in amando placita & de-
lectationes cibi & potius & ornatius &
feminarum & aliarum delectationum sen-
sualium , & haec placita amata sint res
viles & parum durabiles & leviter tran-
seuntes & afferentes modicum fructum,
per hoc significatur , quod amor sit
parvus in amatoribus delectationum hu-
jus mundi.

18. Igitur , cum hoc ita sit, *Domini-
ne* , & Sancti in gloria non habeant amo-
rem erga ullam rem , in qua sit defectus,
imò , quidquid amant , sit plenum &

380 B. Raym. *Lulli Lib. Contempl. Vol. III.*
perfectum in virtute , secundum hoc
significatur , quod amor hujus mundi
sit valde parvus & valde vilis, secundum
relationem magni amoris, quem Sancti
habent in gloria , quia majorem vir-
tutem habet una sola animarum , quae
sunt in gloria in memorando & intel-
ligendo id , quod amat , quam omnes
anima , quae sunt in hoc mundo ; quo-
niam in hoc mundo non est ulla anima,
quae possit habere in actu suam memo-
riam nec suum intellectum nec suam
voluntatem sine adjutorio corporis, in
quo est defectus , & in gloria omnes
anima memorant & intelligunt & amant,
quin aliqua res corrupta sit eis subjec-
ta , ut habeant in actu suam virtutem:
igitur , cum hoc ita sit , quis poterit
estimare magnam magnitudinem, secun-
dum quam amor , quem habent Sanc-
ti in gloria, est major amore, quem ha-
bent homines in hoc mundo?

19. g. *Creator Domine in omnibus re-
bus , gratiose Domine in omnibus gra-
tiis ! Sexta res est locus: unde dicimus,*
quod

Lib. V. Dist. XXXIX. Cap. CCLXXXIX. 381
quòd sensualiter sentiamus & intellectualiter intelligamus ratione locorum,
quæ sunt multa in hoc mundo & remota inter se, non posse omnes homines
amare se invicem, quia adeo sunt
alii remoti ab aliis, quòd non possint
omnes se videre nec audire nec memo-
rare nec intelligere, cùm existentes in
occidente non possint videre nec au-
dire nec memorare nec intelligere ex-
istentes in oriente, nec è converso, &
existentes in aquilone non possint vi-
dere nec audire nec memorare nec in-
telligere existentes in meridie, & è con-
verso; &, quia memoria Petri, qui
est in occidente, non potest memorare
Guillielmum, qui est in oriente, nec intel-
lectus potest eum intelligere, ideo volun-
tas ipsius non potest eum amare.

20. *Pie Domine!* Sensualiter senti-
mus & intellectualiter intelligimus in
una civitate & in una domo esse per-
sonas, quæ habent erga se invicem male-
volentiam, &, quæ non amant se in-
vicem, eo quòd non se memorent nec

se

382 B. Raym. Lulli Lib. Contempl. Vol. III.
se intelligent modo , quo suæ voluntates habeant amorem erga se invicem: igitur, cùm hoc ita sit , secundùm significaciones locorum significatur nostro intellectui , quòd amor hujus mundi sit in valde parva quantitate virtutis & bonitatis.

21. Igitur , cùm hoc ita sit , *Domine* , secundùm hoc significatur, quòd amor , quem Sancti habent in gloria, sit valde magnus & valde mirabilis ; quia Angeli & animæ Sanctorum sunt ubi cunque volunt & ubique se amant , & ubi cunque sint, non habent memoriam nec intelligentiam nec voluntatem contra se invicem, imò habent omnes ad invicem concordantiam in suo memorare & in suo intelligere & in suo velle , & propterea non potest in eis privari amor nec potest esse in eis malevolentia , quæ est in nobis , cò quòd memoriarum & intellectus aliorum non concordant cum memoriis & intellectibus aliorum , & propterea voluntates non possunt concordare ad amandum nos invicem.

22. h. *O Domine DEUS, quem tempus non potest comprehendere!* Septima res est *tempus*: unde dicimus, quod sensualiter sentiamus & intellectualiter intelligamus amorem, quem habemus in hoc mundo, non esse in omni tempore, quia nullus homo potest amare in tempore praeterito nec in futuro, cum amor, quem habet erga amatum, oporteat esse in tempore praesenti: unde, quando homo dormit, & quando habet iram & malevolentiam, non amat in tempore praesenti nec in futuro nec in praeterito, & hoc est, quia voluntas, quæ exit à memoria & intellectu, non amat id, quod est memoratum & intellectum.

23. Igitur, cum tempus praesens, in quo homo amat in hoc mundo, *Domine*, sit res adeo modica, & homo toties habeat in hoc mundo infirmitatem & iram & oblivionem & ignorantiam & tanto tempore dormiat, quis posset estimare parvam quantitatem amoris, quem homo habet in hoc mundo?

384 B. Raym. *Lulli Lib. Contempl. Vol. III,*
do? nam adeo modicum est tempus,
quod homo habet in amando, quod
non possit in eo capi magnus amor,
eò quod tempus, in quo potest ama-
re, non sit magnum subjectum, in quo
possit capi magna & continuata memo-
ria & intelligentia & voluntas, cùm
in re parva non possit contineri res
magna secundùm cursum naturalem cre-
atum.

24. Unde benedictus sis, *Domine DE-*
US, quia non est ita de amore, quem
habent Sancti in gloria; quoniam, si-
cut firmamentum non cessat in suo mo-
tu nocte nec die, ita Sancti paradisi
non cessant amare, eò quod sua me-
moria non cesset memorare nec suus
intellectus intelligere nec sua voluntas
velle: igitur, cùm hoc ita sit, male-
dicti sunt illi, qui pro amore hujus
mundi, qui est res adeo modica, per-
dunt magnum amorem, qui est in glo-
ria sine fine res nobilis & mirabilis &
gloriosa in omnibus perfectionibus.

25. i. *Domine gloriose super omnes glo-*
rias,

Lib.V. Dist.XXXIX. Cap.CCLXXXIX. 385
rias , magne super omnes magnitudines!
Octava res est gloria: unde dicimus,
quod sensualiter sentiamus & intellec-
tualiter intelligamus amorem , quem
homo habet in hoc mundo, dare mul-
tas passiones & angustias & labores sen-
sualiter & intellectualiter , eò quod cor-
pus ploret & langueat & laboret & in-
firmetur & habeat famem & sitim &
calorem & frigus & quandoque moria-
tur pro rebus valde amatis , & similiter
anima habeat multas iras & tædia &
alia mala spiritualia : igitur , cùm amor
hujus mundi det homini sensualiter &
intellectualiter tot mala , per hoc sig-
nificatur , quod ipse sit res misera in
comparacione amoris , qui est in glo-
ria , qui dat omnem delectationem &
nullam passionem.

26. Nam amor hujus mundi , *Do-*
mine , non potest esse sinè passione &
labore amici & amati ; quia , si per
unum modum dat placitum amico , per
alium dat laborem & malum amato;
& , si per unum modum dat placitum

Bb

ama-

386 B. Raym. Lulli Lib. Contempl. Vol. III.
amato, per alium dat malum & labore
rem amico; &, quò plus amor cres
cit & major est, eò majora mala &
labores dat: igitur benedictus fit, *Do
mine*, amor, quem Sancti habent in
gloria, quia, quò major est, eò ma
jora placita & mayores glorias dat, &
in nullo labore vel tædio ponit ami
cum nec amatum, imò est gloria & pla
citum utriusque.

27. *Gloriose Domine!* Multi amici ha
bent pœnam in hoc mundo, quæ esset
eis placitum, si scirent, quòd suus ama
tus sciret amorem, quem erga ipsum
habent, & mala, quæ pro ipso sustinent,
& placita, quæ intendunt ei facere, &
propterea id, quod est pœna amico,
esset ei gloria, si sciret, quòd sciretur
ab amato, & per defectum scientiæ,
quem habet amicus, est ei magna pœ
na id, quod esset ei magnum gaudi
um: igitur per hoc significatur, quòd
amor, quem habent Sancti in gloria, sit
valde magnus, eò quòd amatus non
ignoret istum amorem, nec ipsi igno
rent

Lib.V. Dist.XXXIX. Cap.CCLXXXIX. 387
rent cognitionem , quam de ipso ha-
bet amatus.

28. k. *Perfecte Domine in omnibus per-
fectionibus , plene omnibus directionibus!*
Nona res est perfectio: unde dicimus, quod
sensualiter sentiamus & intellectualiter
intelligamus nullum hominem amantem
in hoc mundo ullam rem mundanam
posset satiare suam voluntatem illâ re
amata , quia, quando habet eam, statim
vult habere aliam & postea aliam sinè
ullo fine: igitur per hoc significatur,
quod amor hujus mundi non sit per-
fectus , quoniam voluntas non potest
per cuim habere perfectionem in re,
quam amat ; quia , si ipse esset perfec-
tus , quando homo habet rem ama-
tam, non desideraret recipere perfectio-
nem ab alia re.

29. Unde benedictus sis , *Domine
DEUS;* quia , sicut elementalis materia
quando generavit formam , quæ eam
non demonstrat adeo perfecta demons-
tratione, sicut ipsa desiderat , corrum-
pit illam formam & generat aliam in-
quiren-

388 B. Raym. *Lulli Lib. Contempl. Vol. III.*
quirendo formam perfectam , & non
generat nec corruptit tot formas, quòd
possit invenire formam perfectam, quam
inquirit , ita voluntas in hoc mundo
non tantum quærit suam perfectio-
nem in rebus mundanis , quòd possit
eam invenire , & propterea non facit
nisi desiderare & quærere, & non potest
invenire id, quod quærit , quia in lo-
co & in tempore & in rebus, in qui-
bus est defectus, quærit id, in quo non
est sua perfectio.

30. Unde benedictus sis , *Domine DEUS* , quia non est ita de alio sæcu-
lo ; quia , sicut materia elementalis in
corpore humano glorificato habebit for-
mam, quæ eam demonstrabit perfectè, &
propterea non corruptet ipsam , ita
Angeli & animæ , quæ sunt in gloria,
habent adeo perfectam memoriam &
intelligentiam , quòd voluntas exeat per-
fectè ita , quòd non amet quidquam,
præter id, quod memoria memorat &
intellectus intelligit in præsentia sui
gloriosi Domini DEI.

CA.

CAPUT CCXC.

Quomodo corpus amet animam & anima corpus.

1. a. **O** DEUS Creator & Domine, Pa-
ter gloriose, cui fiat reve-
rentia & honor semper! Qui vult inqui-
rere amorem, qui est inter corpus &
animam, oportet, Domine, quod cum
inquirat cum tribus virtutibus animæ
in novem rebus, quæ sunt intentio, fac-
tor, materia, forma, finis, potentia
vegetativa, sensitiva, imaginativa, &
rationalis; quia istæ novem res sunt,
quæ dant humano intellectui significa-
tionem prædicti amoris, quæ signifi-
cacio cognoscitur, quando anima re-
cipit significaciones sensuales & intel-
lectuales memorando & intelligendo &
amando.

2. Sed ratione magnæ conjunctio-
nis & propinquitatis & unionis, quæ
est inter corpus & animam in compo-
nendo

'390 B. Raym. Lulli Lib. Contempl. Vol. III.
nendo unum animal rationale, prædic-
tus amor est valde occultus humano
intellectui , & etiam ratione diversita-
tis primæ intentionis & secundæ, quæ
valde accedunt ad componendum unum
amorem , in quo vix potest significari
humano intellectui diversitas , quæ est
inter amorem sensualem & amorem in-
tellectualem & inter primam intentio-
nem & secundam.

3. Sed , quando homo , *Domine*, val-
de subtiliat suum ingenium & suum in-
tellectum & scit habere cognitionem
de natura primæ intentionis & secun-
dæ , tunc potest habere cognitionem de
amore , qui est inter corpus & ani-
mam , quando anima amat per primam
intentionem , & quando amat per se-
cundam , & corpus similiter ; & , quan-
do homo habet hanc cognitionem, po-
test cognoscere quinam sit amans &
quinam amatus , & per hanc cogni-
tionem potest cognoscere amorem, qui
est inter corpus & animam.

4. b. *O Domine, qui es amor & placi-*
tum.

Lib. V. Dist. XXXIX. Cap. CCXC. 391
tum meæ voluntatis! Prima res est in-
tentio: unde dicimus, quod sensuali-
ter sentiamus & intellectualiter intelli-
gamus duas esse intentiones scilicet pri-
mam & secundam, & quamlibet ca-
rum posse esse sensualem & intellectua-
lem: igitur, quando homo cognoscit,
quænam harum intentionum sit prima,
& quænam secunda, & quænam sit
sensualis, & quænam intellectualis, tunc
cognoscit amorem, qui est inter cor-
pus & animam.

5. Nam, quando corpus, *Domine*,
amat animam, ut possit vivere & ha-
bere delectationes temporales, tunc a-
mat ipsam secundâ intentione & se pri-
mâ; &, quando anima amat corpus, ut
possit habere suas virtutes in actu &
facere bona opera, tunc anima amat
se primâ intentione & corpus secundâ.

6. Unde, quando anima, *Domine*,
amat corpus primâ intentione & se se-
cundâ, tunc est homo peccator & ani-
ma est serva corporis & corpus est Do-
minus animæ; sed, quando anima a-
mat

392 B. Raym. *Lulli Lib. Contempl. Vol. III.*
amat se primâ intentione & corpus se-
cundâ , tunc est homo justus & rectus
& virtuosus ; quia corpus , eò quòd sit
corruptum per peccatum , non est dig-
num amari primâ intentione , sed so-
lùm secundâ , ut sit subditum animæ. Et ,
quando corpus , *Domine* , amat se se-
cundâ intentione & animam primâ , tunc
est homo justus & amat jejunia & af-
flictiones & continentiam & patienti-
am & abstinentiam ; sed , quando cor-
pus amat se primâ intentione & ani-
mam secundâ , tunc amat injuriosè ,
quia corpus , eò quòd sit corruptum per
peccatum non est dignum amari à se
nec ab anima primâ intentione , quo-
usque post mortem sit resuscitatum
& glorificatum , quia tunc erit dig-
num amari primâ intentione sicut a-
nima.

7. c. *O Factor Domine omnium bonorum
& omnium perfectionum ! Secunda res est
factor : unde dicimus , quòd sensualiter
sentiamus & intellectualiter intelliga-
mus duos esse factores , de quibus in-
tendi-*

Lib. V. Dist. XXXIX. Cap. CCXC. 393
tendimus loqui , scilicet factorem sensualem & factorem intellectualem , & factorem sensualem esse corpus , quod se movet per motivam sensualem ad faciendum opus artificiale , scilicet castellum vel navem vel aliam figuram sensualem ; sed factorem intellectualem esse animam , quæ se movet per motivam intellectualem ad figurandum intellectualiter memorando & intelligendo & volendo aliquod opus sensuale vel intellectuale , sicut ad figurandum imaginando figuram navis vel justitiae vel amoris vel misericordiae vel humilitatis.

8. Igitur , cùm hoc ita sit , quando corpus hominis , *Domine* , se movet ad operandum res sensuales , ut anima faciat eleemosynas vel faciat id , quod Tu mandas , tunc amat animam , eò quòd ei disponat res , quibus habeat iustum & verum & misericors & obediens memorare & intelligere & veille ; quia meliores divitiæ , quas anima potest habere in hoc mundo , sunt perfectum memorare

394 B. Raym. Lulli Lib. Contempl. Vol. III.
morare & intelligere & velle , & mo-
vere corpus ad illas res , in quibus sua
memoria & suus intellectus & sua vo-
luntas habeant perfectum opus memo-
rando & intelligendo & volendo ; & ,
quando anima , *Domine* , format suam
memoriam & suum intellectum & su-
am voluntatem in virtualibus & in re-
bus necessariis ad juvandum & sustinen-
dum corpus ne moriatur & ne infir-
metur , tunc amat corpus , eò quòd
memoret & intelligat & amet res ei
necessarias.

9. Unde benedictus sis , *Domine DE-*
US ; quia , sicut una manus adjuvat a-
liam & unus pes alium & sic de aliis
membris , ita corpus & anima adjuvant
se invicem ; sed semper oportet , quòd
in omni , quod faciunt , habeant respec-
tum ad aliud saeculum & non ad istud ,
quia aliter non se amarent ordinatè ;
quoniam , sicut istud saeculum est fac-
tum & creatum propter aliud & non
aliud propter istud , ita oportet , quòd
anima & corpus ament se invicem & faci-
ant

Lib. V. Dist. XXXIX Cap. CCXC. 395
ant omnia, quæ faciunt, intuitu alterius
sæculi & non intuitu hujus.

io. d. *Excellens Domine, à quo reci-*
pimus gratiam & benedictionem nos &
omnes creature! Tertia res est materia:
unde dicimus, quòd sensualiter sentia-
mus & intellectualiter intelligamus ho-
minem esse compositum ex duabus ma-
teriis, scilicet ex sensuali & intellec-
tuali, & materiam sensualem esse ma-
teriam corporis, quæ conservatur per
temperatos humores & temperatas qua-
litates, in quantum in ea sustinetur &
conservatur forma, per quam demonst-
ratur, & quando forma corrumpitur
tunc materia inordinatur per inordina-
tionem quatuor humorum & qua-
tuor qualitatum; sed materia intellec-
tualis est materia animæ, quæ conser-
vatur & custoditur per virtuosa memo-
rare & intelligere & velle figurata in
ipsa, & corrumpitur & destruitur, quan-
do in suo memorare & intelligere &
velle figuratur peccatum.

ii. Igitur, quando corpus homi-
nis,

396 B. Raym. Lulli Lib. Contempl. Vol. III.
nis, *Domine*, se movet ad dandum &
offerendum animæ omnes quinque sen-
sus sensuales & omnes vires ipsorum, ut
ipsa habeat ordinatum & virtuosum me-
morare & intelligere & velle, tunc a-
mat animam; &, quando anima vo-
lendo memorat & intelligit quatuor
humores & quatuor qualitates & vult
eos & eas temperare, ne materia ele-
mental is destruat figuram corporalem,
tunc amat corpus, quia sinè tali me-
moria & intelligentia & voluntate ma-
teria corporalis non posset conservare
figuram sensualem.

12. Unde benedictus sis, *Domine JE-*
SU Christe; quia, cùm sit magnus amor
inter corpus & animam, licet sit magna
diversitas naturæ & proprietatis inter
materiam utriusque, & nostrum corpus
sit in materia clementali simile tuo glo-
rioso Corpori & nostra anima in ma-
teria intellectuali sit similis tuæ, quan-
tò plus deberemus nos amare tuam glo-
riosam Humanitatem, quæ adeo ama-
vit totam humanam naturam, quod ad

re-

Lib. V. Dist. XXXIX Cap. CCXC. 397
recrēandum materiam intellectualem &
sensualem ipsius voluerit esse pauper &
sustinere labores & tormenta & angus-
tiosam mortem?

13. e. *Formator & Ordinator Domine
omnium bonorum & omnium gratiarum!*
Quarta res est *forma*: unde dicimus,
quod sensualiter sentiamus & intellec-
tualiter intelligamus hominem esse com-
positum ex duabus formis, scilicet ex
sensuali & intellectuali: unde, quando
corpus disponit suas sensualitates & eas
offert animæ, ut habeat figuratum suum
memorare & intelligere & velle in virtu-
te & in amore & charitate sui & sui
proximi, tunc amat animam; &, quan-
do anima figurat in suo memorare &
intelligere & velle quomodo figura cor-
poralis conservetur in sanitate, tunc a-
mat corpus.

14. Unde, quia anima, *Domine*,
non potest habere in hoc mundo suas
virtutes in actu sinè corpore, & in-
firmitas corporis est impedimentum ipsi
animæ ne posset habere ita bene suas
vir-

398 B. Raym. Lulli Lib. Contempl. Vol. III.
virtutes in actu , & per separationem
animæ à corpore corrumpitur & priva-
tur forma sensualis hominis , propterea
est valde magnus amor inter corpus &
animam , quia neutrum vellet perdere
id , quòd habet , & propterea timet ho-
mo mortem & infirmitatem & capti-
vitatem & alias res , quæ sunt ei im-
pedimentum configurationis sensualis & in-
tellectualis.

15. Igitur , cùm sit adeo magna dif-
ferentia , *Demine DEUS* , inter formam
sensualē & formam intellectualem , &
adeo magno amore amant se invicem
corpus & anima , eò quòd neutra ha-
rum duarum naturarum vellet privari
suā formā , quomodo potest esse , quòd
nos non amemus valde ferventer tuum
gloriosum *Eſſē* , quod est vita nostræ na-
turæ sensualis & nostræ naturæ intellec-
tualis per creationem ; & , quomodo po-
test esse , quòd non valde amemus tu-
am humanam Naturam , quæ est nostra
vita per recreationem ? Quia , sicut ani-
ma valde ferventer amat corpus , eò
quòd

Lib. V. Dist. XXXIX. Cap. CCXC. 399
quòd per ipsum possit figurare suam memoriā in memorando & suum intellectum in intelligendo & suam voluntatem in volendo , ita corpus valde ferventer amat animam , cò quòd ipsa sit ei occasio , ut habeat figuratas suas sensualitates : igitur , cùm tua Deitas & tua Humanitas , *Domine* , sint nobis valde major occasio figurationis omnis boni sensualis & intellectualis , quomodo potest esse ista res adeo mirabilis , quòd non amemus valde ferventer tuam gloriosam Deitatem & tuam sanctam Humanitatem ?

16. f. *Spiritualis Domine culte & celebre ab omnibus populis ! Quinta res est finis :* unde dicimus , quòd sensualiter sentiamus & intellectualiter intelligamus finem , propter quem Tu creasti hominem , esse , ut Te cognoscat & laudet & amet , & ut omnibus viribus suarum sensualitatum & suarum intellectualium Tibi serviat & à Te recipiat gratiam & benedictionem , per quam beatificetur in perpetua gloria : unde , sicut disti

400 R. Raym. *Lulli Lib. Contempl. Vol. III.*
disti igni naturam tendendi sursum, ita
dedisti sensualitatibus & intellectualita-
tibus hominis naturam recipiendi grati-
am & benedictionem à Te; sed , sicut
ignis accidentaliter movetur deorsum ,
ita accidentaliter per opus peccati sensua-
litates & intellectualites hominis in-
clinantur ad peccatum & ad opera , quæ
sunt contraria beatæ vitæ.

17. Igitur , quando anima, *Domine*,
memorat & intelligit & amat finem,
propter quem est creata, & amat & vult
venire ad ipsum , tunc amat se ipsam
& sensus sensuales, ut cum corpore pos-
sit pervenire ad perfectam beatitudinem;
& , quando corpus est obediens animæ,
tunc amat voluntatem ipsius & amat
dictam beatitudinem & dat omnes su-
as sensualites ipso animæ, ut per eas sit
disposita ad perveniendum ad finem,
propter quem recepit creationem & ho-
norem super omnia vegetabilia & ani-
malia irrationalia.

18. Quando corpus hominis, *Domine*,
amat delectationes temporales, & anima
obli-

Lib. V. Dist. XXXIX. Cap. CCXC. 401
obliviscitur finis, propter quem ipsa & corpus receperunt creationem, tunc nec anima nec corpus ordinatè amant se invicem, eò quod non se ament propter finem, propter quem receperunt esse; quia, sicut sapor sensualis alteratur in palato hominis infirmi, quando sentit res contrarias sentiendo amaritudinem in rebus dulcibus, ita alteratur amor corporis & animæ, quando non se amant propter finem, propter quem sunt creata, & amant vanam gloriam & vanas delectationes hujus mundi & opera peccati: igitur, cum hoc ita sit, *Domine*, sicut dulcedo mellis est contraria saporis, quem sentit in melle palatus infirmi, ita id, quod videtur esse amor inter corpus & animam hominis peccatoris, est odium.

19. g. *Liberalis Domine abundans omnibus bonis & honorationibus!* *Sexta* res est *potentia vegetativa*: unde dicimus, quod sensualiter sentiamus & intellectualiter intelligamus potentiam vegetativam esse in homine causam ratione cu-

Cc

jus

402 B. Raym. *Lulli Lib. Contempl. Vol. III.*
jus homo sentit famem & sitim & calorem & frigus, &, quando homo sitit, sentimus & intelligimus animam memorare & intelligere & velle aquam ; &, secundum quod sitis est in magna quantitate , esse in magna quantitate memoria & intelligentiam & voluntatem animæ in ordine ad aquam necessariam potentiarum vegetativæ : igitur, cum potentia vegetativa sit potentia corporis & memoria & intellectus & voluntas sint virtutes animæ, per hoc significatur, quod anima valde amet corpus.

20. Igitur , cum anima , *Domine* , valde diligenter memoret & intelligat & valde ferventer desideret res necessarias corpori sitiensi vel esuriensi , quomodo potest esse , quod corpus non sit instrumentum paratum ad succurrendum necessitatibus animæ ? nam , sicut corpus infirmatur , quando consumitur humiditas in potentia vegetativa , ita anima infirmatur , quando omittit memorare & intelligere & amare Te : unde , sicut anima valde ferventer memorat & intel-

Lib. V. Dist. XXXIX. Cap. CCXC. 403
intelligit & amat aquam, ut det humiditatem corpori, ita valde rationabile esset, quod corpus laboraret in omnibus rebus, quae sunt animae necessariæ, ut sit parata & directa ad valde memorandum & intelligendum & amandum Te.

21. Igitur, cum corpus non adeo faciat suam partem in favorem animæ, sicut anima in favorem corporis, per hoc significatur, *Domine*, quod anima multò plus amet corpus, quam corpus animam, & hoc est, quia, quod plus anima est in natura similius amori, quam corpus, eò plus est directa ad amandum: igitur, cum hoc ita sit, in quantum anima se deviat à tuo amore, ratione amoris, quem habet erga corpus, in tantum est Tibi culpabilis & injuria, & ideo, quando corpus est infirmum & sitiens, si anima vehementius memoret & intelligat & desideret aquam, quam Te, tunc amat plus corpus, quam se ipsam, & corpus amat plus se ipsum, quam animam: igitur, cum hoc ita sit,
quis

404 B. Raym. *Lulli Lib. Contempl. Vol. III.*
quis posset æstimare servitutem & capti-
vitatem, in quam cadit anima propter a-
morem corporis?

22. h. *Creator Domine omnium rerum
sensualium & intellectualium!* Septima
res est *potentia sensitiva*: unde dicimus,
quòd sensualiter sentiamus & intellec-
tualiter intelligamus potentiam sensitivi-
vam in aliquibus hominibus adeo ama-
re se ipsam, quòd nullam aliam rem
amet tantum, quantum se, & per hoc
significatur, quòd in istis hominibus a-
nima amet plus potentiam sensitivam,
quam ullam aliam rem, eò quòd nul-
lam aliam rem adeo frequenter memo-
ret & intelligat & velit, sicut ipsam.

23. Igitur, cùm hoc ita sit, sicut
infantulus adeo amat aviculam, quam
habet in manu, quòd eam stringat quo-
usque eam occidat, ita, *Domine*, quan-
do homo amat se ipsum plus, quam Te,
sua anima adeo amat sensualitates cor-
poris, quòd in peccato occidat corpus
per inordinatam memoriam, quæ memo-
rat ipsum plus, quam Te, & inordina-
tum

Lib. V. Dist. XXXIX Cap. CCXC. 405
tum intellectum , qui attendit plūs ad necessitates corporis , quām ad tuas honorationes , & inordinatam voluntatem , quæ amat corpus ferventiūs , quām ad ipsum pertineat, & quām sit ei necessarium , & non vult amare Te , qui es dignus amari plūs , quām omnes creature.

24. Unde omnes homines , *Domine* , qui amant secundūm cursum potentiaē sensitivæ , habent amorem vilem & inordinatum , ratione animæ , quæ viliter & injuriosè memorat & intelligit & amat res viles super res nobiles : igitur , qui vult se custodire ab ino amore , caveat ne amet secundūm cursum potentiaē sensitivæ , sed solūm amet secundūm cursum potentiaē rationalis , quæ constringit memoriam ad plūs memorandum & intellectum ad plūs intelligendum & voluntatem ad plūs amandum res excellentes & nobiles , quām res viles & corruptibiles .

25. i. *O Domine , qui ordinasti meam imaginationem ad imaginandum novas rationes*

406 B. Raym. Lulli Lib. Contempl. Vol. III.
tiones & novas demonstrationes! Octava
res est *potentia imaginativa*: unde dici-
mus, quòd sensualiter sentiamus & intel-
lectualiter intelligamus animam, quando
memorando & intelligendo & amando
imagineatur res necessarias corpori, ama-
re corpus, eò quòd applicet suam ima-
ginationem ad res ei pertinentes; & cor-
pus, quando moveret suos quinque sen-
sus sensuales, ut anima possit imagina-
ri res sensuales, per quas dirigatur ad
memorandum & intelligendum & a-
mandum res intellectuales, amare ani-
mam.

26. *Gloriose Domine!* sicut candelā
dando claritatem aliis destruit se ipsam,
ita anima imaginando plus necessitates
corporis, quam suasmēt, destruit se ip-
sam; & hoc idem est de corpore, quia,
quando plorat & jejunat & se movet ad
laboriosos motus, ut anima imaginetur
res sibi necessarias, destruitur ad vivi-
ficandum & purificandum ipsam; sed in
hoc est differentia, quia mortificatio,
quam habet corpus pro purificatione

animæ

Lib. V. Dist. XXXIX. Cap. CCXC. 407
animæ est virtuosa, & mortificatio, quam
habet anima pro vivificatione corporis,
est culpabilis & injuriosa.

27. Nam , quando anima , *Domine*,
frequentiùs & ferventiùs imaginatur pul-
chra vestimenta & magnas delectationes
victualium & pulchrarum fœminarum &
magnas divitias & honorationes , quām
justitiam & patientiam & misericordi-
am & amorem & sapientiam & humi-
litatem & veritatem & sic de aliis vir-
tutibus , tunc inculpat & deformat su-
am imaginationem in suo vili memo-
rare & intelligere & velle ; sed, quan-
do anima imaginatur pœnitentiam &
jejunia & peregrinationes & afflictiones
& ploratus & continentiam , tunc vir-
tuifcat suam imaginationem in virtuoso
memorare & intelligere & velle.

28. k. *O Domine gratiose , qui meam
rationalitatem agratiasti in servitio tua-
rum honorationum ! Nona res est poten-
tia rationalis : unde dicimus , quod in-
tellectualiter intelligamus animam , quan-
do virtuosè utitur memoriâ & intellec-*
tu

408 B. Raym. *Lulli Lib. Contempl. Vol. III.*
tu & voluntate , verè amare se ipsam
& corpus , & corpus similiter se ip-
sum & animam ; quia adeo nobilis res
est potentia rationalis , quando utitur
sua virtute memorando & intelligendo
& volendo verè , quòd non possit fal-
sò amare nec possit falsò amari à corpore
subjecto suæ virtuosæ & veræ memoriæ &
intellectui & voluntati.

29. Nam , sicut sol habet de se ip-
so suum splendorem , ita , *Domine* , na-
turale est rationali potentiae verè ama-
re, quando habet in sua natura ordina-
tam memoriam & intellectum & volun-
tatem ; & , sicut est naturale lunæ re-
cipere splendorem à sole , cui est natu-
rale dare splendorem lunæ , ita est na-
turale corpori amare animam, quando
est subjectum virtuosæ memoriæ & in-
tellectui & voluntati ipsius ; quia , sicut
est impossibile lunæ non lucere, quoti-
escunque recipiat splendorem à sole, ita
est impossibile corpori non amare ani-
mam, quotiescunque sit subjectum ra-
tionali potentiae, ut ipsa in eo habeat

virtuo-

30. Unde benedictus sis, *Domine DEUS*; quia, sicut magnus calor attrahit ad se minorem, ita magna virtus, quæ est in anima, quando habet in rationali potentia virtuosum memorare & intellegere & velle, attrahit virtutem corporis ad amandum se; sed, sicut magna frigiditas consumit parvum calorem, ita, quando potentia rationalis stat in vili memorare & intelligere & velle, tunc magna malitia & corruptio, in quam cecidit corpus per peccatum, attrahit virtutem animæ ad vitia & peccata & culpas, & ad amandum corpus plūs, quam se ipsam, & tunc anima est plūs occasionata ad memorandum & intelligendum & volendum res sensuales, quam intellectuales, & ideo obliviscitur & ignorat & non amat suum gloriosum
DEUM.

CAPUT CCXCI.

Quomodo homo amet Sapientiam.

1. a. **D**EUS potens, magne, excellens, mirabilis! si Qui amat sapientiam, oportet, quod amet radices & subjecta ipsius, & præsertim sequentia, scilicet memoriam, intellectum, voluntatem, possibilitatem, syllogismum, imaginativam, discretionem, ordinationem, actualitatem, continuationem, & significationem; & oportet, Domine, quod omnia prædicta amet & tractet, qui est amator & inquisitor sapientiae.

2. Nam, sicut splendor solis stat in rota solis, ita, Domine, sapientia stat in undecim rebus prædictis, quando mens hominis discurrit per ipsas, secundum virtutem & proprietatem earum; quia, sicut aër recipit calorem ab igne per hoc, quod participet cum eo, & aqua recipit humiditatem ab aëre per hoc, quod participet cum eo, ita mens hominis

Lib. V. Dist. XXXIX. Cap. CCXCI. 411
hominis recipit cognitionem & sapientiam , quando participat cum rebus prædictis, secundùm virtutem & proprietatem cuiuslibet earum & secundùm virtutem & proprietatem sui ipsius.

3. Unde , sicut homo , *Domine* , in quantum est propinquior igni, in tantum recipit plùs caloris ab eò , ita in tantum anima recipit plùs cognitionis & sapientiæ, in quantum plùs & continua- tiùs accedit ad undecim res prædictas; quia , sicut potentia vegetativa , quæ est in radicibus arboris sub terra, figurat su- per terram folia & flores & fructus, ita prædictæ res figurant scientiam & sa- pientiam in anima hominis ; & , sicut aqua recipit colorem à suo continente, ita sapientia & scientia figuratur in ani- ma secundùm modum & dispositionem, in qua ipsa tractat de undecim rebus prædictis, secundùm diversitatem naturæ & proprietatis substantialis & accidenta- lis cuiuslibet carum.

4. b. *Memorator Domine tuorum ama- torum memorantium gratias & benedic- tiones !*

412 B. Raym. *Lulli Lib. Contempl. Vol. III.*
tiones! Prima res est *memoria*: unde dicimus, quod volentem & amantem sapientiam oporteat scire uti suâ memoriâ secundum virtutem, quam ei dedisti in memorando res præteritas; quia, sicut memoria generat intelligentiam & ex memoria & intelligentia exit voluntas, ita memoria format in anima hominis sapientiam & cognitionem, quando homo memorat res præteritas, quoniam per memoriam, quam homo habet de rebus præteritis, habet cognitionem de presentibus & futuris significatis per memoriam, quam habet de præteritis.

5. Secunda res est, *Domine, intellectus*: unde dicimus, quod amantem sapientiam oporteat sibi cavere ne suus intellectus sit coactus vel constrictus nec transmutatus in aliam rem, quæ non sit de suâ natura; quia, sicut oculi sensuales non possunt videre, quando interponitur aliqua res inter ipsos & aërem, ita intellectus non potest figurare sapientiam in homine, quando extrahi-

Lib. V. Dist. XXXIX. Cap. CCXCI. 413
trahitur à sua natura & cogitur ad in-
telligendum id , quod non est ei natu-
rale intelligere ; quoniam , sicut est con-
tra motum aquæ tendere sursum , ita
est contra humanum intellectum posse
intelligere ullam rem , dummodo non
ducatur per suam naturam ad intelligen-
dum & sciendum eam ; quia , sicut ab-
sentia lucis repræsentat tenebras , ita pri-
vatio libertatis in intellectu costricte in
sua natura privat scientiam & cognitio-
nem in eo.

6. *Tertia res , Domine , est voluntas:*
unde dicimus , quòd volentem & aman-
tem sapientiam oporteat uti sua volun-
tate ; quia , si homo amat sapientiam
& sua voluntas non amat res, in qui-
bus ipsa formatur & demonstratur, pa-
rùm valet ei amor , quem habet erga
sapientiam ; quoniam , sicut ex falsa
memoria generatur falsus intellectus &
ex falsa memoria & falso intellectu ge-
neratur falsa voluntas ; ita , quando vo-
luntas amat sapientiam & non amat res,
ex quibus ipsa formatur, vel non habet
fervo-

414 B. Raym. *Lulli Lib. Contempl. Vol. III.*
fervorem in continuando in eis , tunc
falsò vult sapientiam ; sed , sicut ex ve-
ra memoria generatur verus intellectus
& ex eis exit vera voluntas , ita volun-
tas verè amat sapientiam , quando a-
mat & continuat ferventer in amando
res, in quibus ipsa generatur.

7. c. *Potens Domine super omnes potes-
tates , vigorousse Domine super omnes vi-
gores ! Quarta res est possibilitas :* un-
de dicimus , quòd amantem habere fa-
pientiam oporteat affirmare possibili-
tem in rebus, quas vult cognoscere &
scire , quia affirmando possibilitatem in-
quirit intellectus, an res , quam homo
vult scire, sit possibilis vel impossibilis,
& sine affirmatione possibilitatis non
potest homo habere cognitionem de
impossibilitate ; quoniam , dum homo
affirmat possibilitatem , figuratur suo
intellectui, an res , quam affirmat possi-
bilem, sit possibilis vel impossibilis: igi-
tur , cùm hoc ita sit , sicut ex forma
& materia figuratur corpus visui sen-
suali , ita ex cognitione possibilitatis
&

Lib. V. Dist. XXXIX. Cap. CCXCI. 415
& impossibilitatis figuratur humano intellectui per necessarias rationes sapientia & scientia.

8. Unde, quando homo, *Domine*, vult cognoscere per rationes necessarias, an sit futura resurrectio vel non, tunc oportet eum affirmare resurrectionem esse possibilem; &, quando affimat hanc possibilitatem, inquirit intellectus resurrectionem; & dum ita inquirit, invenit ita possibilem esse resurrectionem, sicut creationem; &, quando intellectus per possibilitatem creationis invenit possibilitatem resurrectionis, tunc inquirit resurrectionem per causam finalis, inquirendo, quænam sit causa finalis, propter quam est futura resurrectio; &, inquirendo causam finalem resurrectionis, figuratur ei demonstratio ipsius per tuam Justitiam & per tuam perfectam Potestatem & Sapientiam & Voluntatem; quia si resurrectio non esset, significaretur humano intellectui in Te defectus justitiae & potestatis & sapientiae & voluntatis.

9. Sed,

9. Sed , quando homo , *Domine* , af-
 firmat impossibilitatem resurrectionis,
 quin antea affirmaverit possibilitatem
 ipsius , tunc incarcerauit suum intellectum,
 & per hanc incarcerationem non potest
 habere cognitionem de futura resurrec-
 tione , quia non inquirit nec potest in-
 quirere ipsam in alia possibiliate nec
 in perfectione tuarum Virtutum , dum
 prius affirmet impossibilitatem , quam
 possilitatem ; quoniam , sicut impe-
 dimentum visus sensualis fit per occlu-
 sionem oculorum , ita impedimentum
 intellectus fit per affirmationem impos-
 sibilitatis antecedentem affirmationem
 possilitatis ; quia , sicut oculi non pos-
 sunt videre , dummodo sint clausi , ita
 intellectus non potest cognoscere nec
 intelligere ullam rem per rationes ne-
 cessarias , dummodo affirmet impossibi-
 litatem ; quoniam , sicut forma homi-
 nis stantis super aquam est inversa in
 aqua , ita sapientia & cognitio est fal-
 so inversa & figurata , quando intellectus
 recipit falsam figuram per affirmata-

Lib. V. Diff. XXXIX. Cap. CCXCI. 417
tam impossibilitatem ante affirmationem
possibilitatis ; quia naturale est intellectui
intelligere, quando possilitas est af-
firmata ante impossibilitatem , sicut est
naturale lapidi tendere deorsum ; &, si-
cut lapis movetur contra suum motum
naturalem, quando movetur sursum, ita
intellectus formatur falsâ figurâ acciden-
taliter contra suam substantialem natu-
ram, quando impossibilitas antecedit pos-
sibilitatem in affirmatione.

io. d. *Demonstrator Domine veritatis de-
monstrando significaciones significantes ip-
sam ! Quinta res est syllogismus : unde di-
cimus , quòd volentem & amantem sa-
pientiam oporteat velle & amare natu-
ram & proprietatem , per quam syllogis-
mus significat & demonstrat humano in-
tellectui sapientiam ; quia , quando ho-
mo inquirit scire & cognoscere aliquam
rem , oportet , quòd primò formet ip-
sam in sua memoria & in suo intellec-
tu & in sua voluntate & figuret eam esse
conclusionem suæ inquisitionis ; & , si
ita sit , quòd illa conclusio non sit fi-*

Dd

guratè

413 B. Raym. Lulli Lib. Contempl. Vol. III.
guratè significata suo intellectui per ra-
tiones necessarias, oportet, quòd antepo-
nat ei duas propositiones, quæ per ratio-
nes necessarias manifestè figurent ipsam
conclusionem.

ii. Nam, qui vult inquirere & sci-
re per rationes necessarias an Tu, Do-
mine, sis incarnatus vel non, oportet,
quòd anteponat huic quæstioni duas pro-
positiones, quarum prima est, an Tu pos-
sis esse Deus & Homo simul, & secun-
da, an habeas rationem & causam essen-
di Deus & Homo simul, &, si inveniat
in tua Potestate tantam virtutem, quòd
possis esse Deus & Homo simul, opor-
tet, quòd transeat ad secundam propo-
sitionem & inquirat secundum signifi-
cationes tuæ Sapientiæ & tui Amoris &
tuæ Humilitatis & tuæ Justitiæ & tuæ
Misericordiæ & aliarum tuarum virtutum
an habeas causam & rationem essendi
DEUS & Homo; &, si inveniat has duas
figuras figuratas in suo intellectu, tunc
debet figurare in ipso figuram conclu-
sionis necessariæ; quia, si potestatem &
ratio-

Lib. V. Dist. XXXIX. Cap. CCXCI. 419
rationem habes essendi homo , necessa-
rium est , quòd sis incarnatus in huma-
na natura.

12. Sed , si ita esset , *Domine* , quòd
Tu haberes potestatem essendi DEUS &
Homo , & secundùm naturam tuarum Vir-
tutum non haberes rationem essendi DE-
US & Homo & Incarnatio esset con-
traria tuis Virtutibus , tunc figuraretur
humano intellectui , quòd conclusio non
posset figurari ex duabus propositioni-
bus secundùm veritatem demonstratam
per rationes necessarias ; sed , quando dux
propositiones non sunt contrariæ con-
clusioni , tunc per eas figuratur conclu-
sio in humano intellectu ex figura in-
tellectuali derivata & exente ab amba-
bus propositionibus per rationes necces-
sarias , sicut sensualiter figuratur corpus
per derivatam corporalitatem ex mate-
ria & forma.

13. c. *O Domine , qui imaginationem
hominis justi facis servam virtuosæ memo-
riæ & intellectus & voluntatis ! Sexta res
est imaginatio : unde dicimus , quòd a-*
man-

420 B. Raym. Lulli Lib. Contempl. Vol. III.
mantem & volentem sapientiam opor-
teat scire habere suam imaginationem
ordinatam & directam secundum natu-
ram & proprietatem & virtutem , quam
ei dedisti , quia naturale est imaginati-
væ secundum naturam & gratiam , quam
recipit à suo Creatore, imaginari ordi-
natè primam propositionem & postea se-
cundam & postea conclusionem , & hoc
est, ut intellectus possit priùs intellige-
re primam propositionem & postea se-
cundam & postea formetur in eo con-
clusio per perfectam cognitionem & de-
monstrationem; quoniam, sicut conjunc-
tio formatur ex unione materiae & for-
mæ , ita sapientia formatur in intellec-
tu intelligente conclusionem per duas
propositiones imaginatas ab imaginati-
va , quæ eas imaginatur, ut eas offerat
intellectui.

14. Nam , quando imaginativa , *Do-
mine* , intellectualiter imaginatur tuum
gloriosum Corpus in Hostia sacrata, tunc
oportet , quòd primò imaginetur, an tua
Potestas secundum suam virtutem possit
fa-

Lib. V. Dist. XXXIX. Cap. CCXCI. 421
facere, quòd in Hostia sit tuum gloriosum
Corpus, & quando hoc imaginata fue-
rit & obtulerit intellectui, intellectus in-
telliget, an possit fieri vel non; &, quan-
do intellectus in prima propositione re-
cepit id, quod imaginativa imagina-
tur, oportet, quòd imaginativa se mo-
veat & mutet ad imaginandum secun-
dam propositionem, scilicet, an oportet
at secundum virtutes tuæ Deitatis & tuæ
Humanitatis, quòd Hostia sacrata secun-
dum rationem debeat esse tuum glorio-
sum Corpus; &, quando intellectus per
imaginationem receperit veritatem se-
cundæ propositionis, tunc oportet, quòd
imaginativa imaginetur conclusionem,
ut intellectus fruatur & utatur sapientiâ
in ambabus propositionibus & in con-
clusione.

15. Sed, quando homo nescius in-
incredulus imaginatur affirmativè, quòd
Hostia sacrata, *Domine*, non possit esse
contraria nec diversa ab hoc, quod sen-
sualites affirmant & sentiunt, tunc sua
imaginativa non imaginatur intellectui
pri-

422 B. Raym. Lulli Lib. Contempl. Vol. III.
primam propositionem nec secundam,
& propterea intellectus non habet, cum
quo figuret in se ipso veram conclusio-
nem, quia imaginativa non imaginatur
nisi res sensuales, quando affirmat id,
quod sentit, & non resistit sensualita-
ti imaginando tuam Potestatem & ra-
tionem & ordinationem, quæ sequitur
ex hoc, quòd Hostia sacrata sit tuum
gloriosum Corpus: unde, sicut sapien-
tia & scientia sensualis est in hominibus,
qui sequuntur artes sensuales, ita sapien-
tia & scientia intellectualis est in homi-
ne, qui scit habere artem intellectua-
lem, per quam faciat suam imaginati-
vam esse ordinatum instrumentum in-
tellectui, ut per eam se possit juvare ad
intelligendum & sciendum res intellec-
tuales.

16. f. *Sapiens Domine in omnibus sapi-
entiis, scitor Domine omnium scientiarum!*
Septima res est discretio: unde dicimus,
quòd amantem scientiam & sapientiam
oporteat habere discretionem in seligen-
do & recipiendo bonum & evitando ma-

lum

Lib. V. Diff. XXXIX. Cap. CCXCI. 423
lum: igitur, cùm discretio sit in po-
tentia rationali potentialiter, qui vult
eam habere, sciat dirigere potentiam ra-
tionalē tali modo, quòd discretionem,
quæ est in potentia, sciat adducere in ac-
tum; quia, sicut argentarius per suam
artem potest adducere in actum formam,
quæ est potentialiter in argento, ita ho-
mo per discretionem potest adducere in
actum scientiam & sapientiam, quæ est
potentialiter in potentia rationali.

17. Unde benedictus sis, *Domine DE-*
US; quia, sicut divitiae formantur &
demonstrantur per multum lucrari & pa-
rum expendere, ita formatur in homi-
ne discretio per plūs uti naturā poten-
tiæ rationalis, quàm naturā potentiaæ sen-
sitiæ; &, sicut paupertas formatur &
demonstratur in homine per párum lu-
crari & multum expendere, ita stulti-
tia & privatio discretionis demonstratur
in homine per plūs uti naturā potentiaæ
sensiæ, quàm naturā potentiaæ ratio-
nalis: igitur: cum hoc ita sit, qui vult
habere sapientiam & scientiam habeat
dif-

424 B. Raym. *Lulli Lib. Contempl. Vol. III.*
discretionem , cum qua eam sciat adquirere & habere ; quia , sicut acus nautica dirigit marinarios in sua navigazione , ita discretio dirigit hominem in acquisitione sapientiae.

18. Nam, sicut est naturale acui, *Dominus* , se vertere ad aquilonem per naturam magnetis, à qua est tacta , ita est naturale potentiae rationali dirigere hominem ad discretionem, dum homo faciat ei esse obedientem potentiam sensitivam ; & , sicut homo sua manu potest cogere & deviare acum, ne utatur suā naturā & se vertat ad aquilonem , ita potest cogere potentiam rationalem cum sensitiva, ne dirigat hominem ad discretionem ; & , sicut acus nunquam diriget marinarios, dum constrictè teneatur ne se vertat ad aquilonem , ita potentia rationalis nunquam diriget hominem ad discretionem, dum sit sub dominio sensitivæ , & per privationem discretionis non habebit homo directionem ad sapientiam & scientiam.

19. g. *Ordinator Domine omnium honoratio-*

Lib. V. Dist. XXXIX. Cap. CCXCI. 425
rationum, vere Domine in omnibus ve-
ritatibus! Octava res est ordinatio: un-
de dicimus, quod volentem & aman-
tem habere sapientiam oporteat habe-
re ordinationem, quia ordinatio est res,
per quam homo ponit in principio &
in medio & in fine id, quod convenit,
& per quam facit res nobiles esse su-
per res viles, & ordinatio est homini
occasio & demonstratio & directio, ut
sciat cognoscere alias sensualitates per a-
lias & intellectualites per sensualitates
& alias intellectualites per alias & sen-
sualitates per intellectualites.

20. Nam, sicut generatio formatur
in animalibus & vegetabilibus per or-
dinationem qualitatum & complexio-
num, ita, *Domine*, quando homo quin-
que sensus sensuales & quinque intellec-
tuales ordinat cum tribus virtutibus ani-
mæ in quinque potentiis, formatur in
eo per illam ordinationem sapientia; &,
sicut per inordinationem qualitatum &
complexionum formatur in animalibus
& vegetabilibus corruptio, ita in ho-
minibus

426 B. Raym. Lulli Lib. Contempl. Vol. III.
minibus formatur ignorantia & stulti-
tia per inordinationem prædictarum re-
rum.

21. Igitur , qui non habet scientiam ,
per quam sciat rationibus necessariis an
Tu , *Domine* , sis in *esse* , si velit hoc sci-
re , habeat ordinationem in prædictis re-
bus ; quia , sicut atramentum formatur
ex quatuor rebus , scilicet ex gallis &
gumimi & vitriolo & aquâ , ita scien-
tia & cognitio formatur ex ordinatio-
ne quatuor rerum , scilicet sensualitatum
& intellectualatum & trium virtutum
animæ & quinque potentiarum ipsius ;
quoniam , quando anima cum suis tri-
bus virtutibus ordinat sensus sensuales &
intellectuales in quinque potentias , tunc
est directa ad recipiendum significatio-
nes , per quas sensualites significant in-
tellectualibus , quod Tu sis in *esse* :
igitur modus & discretio , per quam ho-
mo scit cognoscere significaciones & per
alias scit recipere alias , est res , quæ for-
mat in conscientiam & cognitionem .

22. h. *O Domine , qui facis quidquid*
vis

Lib. V. Dist. XXXIX. Cap. CCXCI. 427
vis & vis quidquid facis! Nona res est
actualitas: unde dicimus, quod aman-
tem sapientiam & scientiam oporteat a-
mare artem & modum, per quem ipsa
venit ad actualitatem, &, quando sit in
actualitate, caveat sibi, ne revertatur ad
potentiam; quia, sicut vegetativa, quae
est in pane & vino & carne, non po-
test dare homini sustentationem, donec
forma panis & vini & carnis privetur
actualitate, ita scientia & sapientia, quae
est potentialiter in anima hominis, non
poteſt dare homini fructum, donec sit
in actualitate.

23. Igitur, cum hoc ita sit, *Domi-*
ne, si aliquis homo Christianus velit sci-
re linguam arabicam, memoret & intel-
ligat istam linguam esse in sua anima po-
tentialiter, & memoret & intelligat &
velit ferventer modum & conditiones,
per quas ipsa venit ad actualitatem; &,
si hoc faciat, necessariò oportebit, quod
eam sciat actualiter, quia aliter non es-
set in eo potentialiter; sed multi ho-
mines pigri cum parvo fervore volunt
scire

428 B. Raym. *Lulli Lib. Contempl. Vol. III.*
scire id , quod non sciunt, & non volunt
memorare nec intelligere nec velle fer-
venter artem & modum, per quem venit
in actum id, quod est in sua anima po-
tentialiter.

24. Unde , sicut in homine haben-
te baculum posatum super suum digitum
in medietate ipsius baculi baculus quan-
doque elevat unum caput & quandoque
aliud , ita , *Domine* , multi homines pi-
gri amant sapientiam modicâ memoriâ
& intellectu & voluntate , & propterea
id , quod addiscunt , quandoque venit
aliquantulum in actum & quandoque re-
vertitur per oblivionem in potentiam ,
& ideo non potest in eis formari sapi-
entia ; sed , sicut baculus positus super di-
gitum semper tenderet ad unam partem ,
nisi esset positus in medietate , ita , qui
vellet habere in actu magnam memori-
am & magnum intellectum & magnam
& ardenteum voluntatem in arte & mo-
do , per quem sapientia venit de poten-
tia in actum , necessariò oporteret , quòd
adquireret sapientiam.

25. i. *Adjutor Domine omnium illorum, qui in tuis viribus & in tua Misericordia confidunt!* Decima res est *continuatio*: unde dicimus, quod amantem sapientiam oporteat habere continuationem in rebus, in quibus ipsa formatur, scilicet in memoria & intellectu & voluntate; quia, sicut aqua facit signum in lapide per longam continuationem motus, quem habet super ipsum, ita sapientia formatur in anima hominis, qui continuatē memorat & intelligit & amat & imaginatur significaciones, quas dant res sensuales & intellectuales.

26. Unde benedictus sis, *Domine Deus*; quia, sicut forma navis conservatur per clavos, qui ligna, ex quibus navis est constructa, faciunt esse conjuncta ad invicem, ita sapientia formatur & conservatur in homine, quando memoria & intellectus & voluntas & imaginativa continuatē stant in significacionibus, quas dant res sensuales & intellectuales; &, sicut forma navis destruitur, quando homo evellit clavos habentes

430 B. Raym. Lulli Lib. Contempl. Vol. III.
bentes ligna conjuncta , ita sapientia per-
rit & privatur in anima hominis, quan-
do memoria non memorat nec intellec-
tus intelligit nec voluntas amat nec ima-
ginatio imaginatur significationes præ-
dictas.

27. Unde benedictus sis , *Domine*,
quia , sicut potentia vegetativa recipi-
endo quantitatēm à rebus inferioribus
& elevando eam ad partes altas arbo-
ris dat arborei augmentum , ita studio-
sus , quò plùs habet suam memoriam &
suum intellectum & suam voluntatem &
suam imaginationem in rebus , quas ad-
discit , cò meliùs eas intelligit ; & quòd
hoc ita sit manifestè sentimus & intel-
ligimus in hoc , quòd scholaris meliùs
sciat lectionem , quando eam multoties
memoravit , quàm quando eam semel
audivit à magistro , & unus scholaris
plùs scit unam lectionem , quàm aliam ,
cò quòd habeat plùs suam memoriam &
intellectum & voluntatem & imagina-
tionem in una , quàm in alia.

28. k. *O Domine DEUS , qui es via &*
direc-

Lib. V. Dist. XXXIX. Cap. CCXCI. 431
directio Sanctorum, qui sunt vocati ad per-
durablem beatitudinem! Undecima res est
significatio: unde dicimus, quod volen-
tem & amantem sapientiam & scienti-
am oporteat recipere significaciones, ex
quibus ipsa formatur in homine; quia,
sicut per colorem significatur superfici-
es & per superficiem significatur quali-
tas formæ & per formam significatur &
demonstratur materia, ita intellectuali-
ter Infinitas significatur per magnitudi-
nem & Vita per scientiam & Æterni-
tas per durabilitatem, & sic de aliis sig-
nificationibus.

29. *Gloriosa Trinitas!* Sicut genera-
tio sensualiter significat corpus, ita infi-
nitatis intellectualiter significat Personam
Patris; & sicut memoria significat intel-
ligentiam, ita Paternitas significat Filia-
tionem; &, sicut memoria & intelligen-
tia significant voluntatem exire de am-
babus, ita Paternitas & Filiatio signi-
flicant Processionem, quæ dicitur Per-
sona Sancti Spiritus, exire de se ipsis:
igitur, qui vult scire & cognoscere istas

432 B. Raym. Lulli Lib. Contempl. Vol. III.
res & alias similes , sciat , Domine , me-
morare & intelligere & velle significa-
tiones , quas dant qualitates ; quia , sicut
demonstratur animal , quamprimum cor-
pus & anima conjunguntur , ita , quam-
primum anima memorat & intelligit &
amat significationes qualitatum , memo-
rat & intelligit & amat sapientiam for-
matam & figuratam in se ipsa memoran-
te & intelligente & amante prædictas sig-
nificationes.

30. *Misericors Domine !* Qui amat sa-
pientiam & scientiam , memoret & in-
telligat & amet *hunc Librum Contem-
plationis* ; quia , qui ipsum sciet memo-
rare & intelligere & amare , poterit esse
sapiens in rebus sensualibus & in intellec-
tualibus , & poterit confundere & de-
truere in sua anima omnem errorim &
omnem malam cogitationem & omnem
tentationem & omne vitium , & idem po-
terit facere in anima sui proximi , & pote-
rit habere artem & modum multum a-
mandi & honorandi & serviendi & lau-
dandi & orandi suum gloriosum DEUM .

CAPUT CCXCII.

Quomodo homo amet habere honorationem.

i. a. **O** *DEUS liberalis abundans in virtutibus & in honorationibus!* Qui vult habere honorationem oportet, *Domine*, quod eam inquirat cum tribus virtutibus animæ in *novem* rebus, quæ sunt *locus, tempus, divitiae, paupertas, victoria, ornamenta, dominium, sapientia, & fama*, & quando homo inquisierit suam honorationem in his novem rebus, inquirat, an tres virtutes suæ animæ sint in eis ordinatè vel non; quia, si in eis sint ordinatè, poterit cognoscere, quod habeat honorationem; &, si in eis non sint ordinatè, poterit cognoscere, quod non habeat honorationem.

2. Nam, si anima hominis, *Domine*, memoret & intelligat & amet in novem rebus prædictis id, quod est de natura & proprietate honorationis, poterit co-

Ee gnosce-

434 B. Raym. *Lulli Lib. Contempl. Vol. III.*
gnoscere , quòd amet honorationem in
hoc , quod memorat & intelligit & a-
mat ; sed , si ipsa memoret & intelligat
& amet in eis id , quod non est de na-
tura & proprietate honorationis , poterit
cognoscere , quòd non amet honoratio-
nem, imò amet oppositum.

3. *Gloriose Domine !* Sicut res sensua-
les sunt diversæ ab intellectualibus , ita
honoratio sensualis est diversa ab intel-
lectuali , quia quidam homines habent
honorationem sensualem & alii intellec-
tualem ; & , in quantum res intellectua-
les valent plùs , quàm sensuales, in tan-
tum honoratio intellectualis valet plùs,
quàm sensualis , & , sicut honoratio sen-
sualis stat in corpore & in sensibus sensua-
libus , ita honoratio intellectualis stat in
sensibus intellectualibus & in tribus vir-
tutibus animæ ; & , sicut honoratio in-
tellectualis est utilior & nobilior sensua-
li , ita inhonoratio intellectualis est vi-
lior & damnosior inhonoratione sensua-
li : igitur , cùm hoc ita sit , qui per is-
tas res scit ducere suam memoriam &
suum

Lib. V. Dist. XXXIX. Cap. CCXCII. 435
suum intellectum & suam voluntatem,
potest cognoscere , an sit honoratus
vel inhonoratus sensualiter vel intellec-
tualiter.

4. b. *Memorate Domine ab omnibus po-
pulis , cui fiat honoratio & honor semper!*
Prima res est *locus* : unde dicimus, quòd
sensualiter sentiamus & intellectualiter
intelligamus, quosdam homines esse plùs
honoratos , quàm alios in locis sen-
sualibus , sicut in Ecclesia vel in mensa
vel in plateis vel in palatio Regis & sic
de aliis locis , quia quidam habent lo-
ca honoratiora , quàm alii : unde , si
habentes honorationem sensualem ve-
lint habere honorationem intellectua-
lem , honorent suam memoriam & su-
um intellectum & suam voluntatem in
locis intellectualibus , scilicet in justitia
& misericordia & fidelitate & veritate
& patientia & humilitate & in aliis vir-
tutibus.

5. Nam , si corpus , *Domine* , sit ho-
noratum sensualiter in aliquo prædicto-
rum locorum & anima memoret & in-
telligat

436 B. Raym. Lulli Lib. Contempl. Vol. III.
telligat & amet luxuriam vel injuriam vel
falsitatem vel superbiam vel aliquod a-
liud vitium , tunc anima est in honora-
ta in suo memorare & in suo intelli-
gere & in suo velle , & videtur & in-
telligitur à Te esse in in honoratione &
vilitate, ratione cuius corpus non est dig-
num honorari nec recipere ullam hono-
rationem sensualem ; quia , dummodo
pars major & melior sit in vilitate , non
oportet , quòd pars minor & deterior sit
in honoratione.

6. Igitur , cùm hoc ita sit , qui ve-
raciter amat honorationem, oportet, *Do-
mine* , quòd honoret suam memoriam
& suum intellectum & suam voluntatem
in memorando & intelligendo & volen-
do & laudando Te & in serviendo Tibi,
quia hoc modo sua memoria memoran-
do & suus intellectus intelligendo & sua
voluntas amando habebunt virtuosam
honorationem ; & corpus , cò quòd me-
moria & intellectus & voluntas habe-
bunt honorationem intellectualem , erit
dignum honoratione sensuali : unde, si-
cut

cut aliud s̄eculum est locus veræ hono-
rationis in præsentia tux gloriæ , ita istæ
mundus est locus inhonorationis, quan-
do anima non memorat nec intelligit nec
amat tuam gloriosam Essentiam, à qua
venit omnis honoratio & omnis gratia &
omnis benedictio.

7. c. *O Domine DEUS , qui honoras
meum intellectum, quando intelligit tuas
honorationes ! Secunda res est tempus : un-
de dicimus , quòd sensualiter sentiamus
& intellectualiter intelligamus homines
non esse semper honoratos in hac præ-
senti vita , quia uno tempore sunt ho-
norati & alio non : igitur , qui omni
tempore vult esse honoratus , habeat
memoriam & intellectum & voluntatem
in memorando & intelligendo & vo-
lendo Te.*

8. Nām , si anima hominis , *Domi-
ne , honoret suam memoriam memoran-
do Te & suum intellectum intelligendo
Te & suam voluntatem volendo Te ,*
*corpus non potest habere ullam inhono-
rationem , imò , quòd plūs vilipenditur*

&

438 B. Raym. *Lulli Lib. Contempl. Vol. III.*
& deprimitur ut in honoreatur, eò plus ho-
noratur & exaltatur & nobilitatur; quia
adeo est magna honoratio, quam ani-
ma recipit à Te, quando Te memorat
& intelligit & amat, quòd corpus, quod
est coniunctum cum ea, non possit habe-
re ullam in honorationem nec ullam ig-
nominiam.

9. Nam corpus, *Domine*, per hoc,
quòd sit subiectum animæ, quæ Te me-
morat & intelligit & amat, recipit adeo
magnam honorationem, quòd nulla res
possit ipsum in honoreare; quia, sicut a-
nima honorat Te memorando & intel-
ligendo & amando, ita honorat se ip-
sam honoratâ memoriâ & intellectu &
voluntate, & honorando se ipsam ho-
norat corpus subiectum suæ honoratæ
memoriæ & intellectui & voluntati; &
quia anima memorat & intelligit & a-
mat Te, in quo non est tempus, prop-
terea tempus non potest ei dare in ho-
norationem, dummodo ipsa omni tem-
pore memoret & intelligat & amet hono-
rationem sui Creatoris & sui DEI.

io. d. *O Domine dives, abundans, perfecte in omnibus bonis & in omnibus gloriis!* *Tertia* res sunt *divitiae*: unde dicimus, quòd sensualiter sentiamus & intellectu-liter intelligamus homines mundanos me-morare & intelligere & amare divitias sen-suales, ut sensualiter honorentur in hoc mundo: unde , qui amant honorationem per divitias sensuales cum inhonorata me-moria & intellectu & voluntate , amant honorationem sensualem & non amant honorationem intellectualem , & propte-re, quando habent divitias congregatas ut sint honorati, sunt inhonorati.

ii. Nām memoria , quæ falsò me-morat, & intellectus , qui intelligit face-re falsitates, & voluntas , quæ amat de-ceptiones , ut possit decipere homines & possit habere divitias , alterantur in vi-tia, & sunt malo diviti occasio , quòd sit inhonoratus sensualiter & intellectua-liter: sunt ei occasio , ut sit inhonora-tus sensualiter , *Domine* , in hoc, quòd homines cum blasphemant & maledicant & contemnunt & illudant , & pauperes

de

440 B.Raym. *Lulli Lib. Contempl. Vol. III.*
de eo conquerantur per hoc , quòd a-
nima ipsius non habeat memoriam nec
intellectum nec voluntatem tractantes de
divitiis , secundùm quod pertinet ad ho-
minem honoratum ; & sunt ei occasio,
ut sit inhonoratus intellectualiter in hoc ,
quòd in mente & cogitatione hominum
sit inhonoratio , quam habet anima ip-
sius per vile & inordinatum memora-
re & intelligere & velle , & in hoc ,
quòd Tu & Angeli cum sciatis vilem
& inhonoratum & indignum omni ho-
noratione ,

12. *Juste Domine ! Sicut corpus ho-*
minis est inversum , quando homo ha-
bet pedes sursum & caput deorsum , ita
honoratio est inversa , quando homo vult
eam habere plus per multiplicationem
auri & argenti & possessionum , quam
per multiplicationem virtutum , quia na-
turale est , quòd afferat inhonorationem
multitudo divitarum possessarum cum
perversa memoria & intellectu & volun-
tate ; quoniam , sicut homo amens sibi
nocet cum cultro , quo se vulnerat &

occidentis

occidit , ita anima , quæ habet perversum memorare & intelligere & velle erga divitias , se inhonorat cum divitiis , & , quò plures ipsæ sunt , cò majorem inhonorationem & vilitatem causat sibi & aliis .

13. e. *O Juste Domine , qui exaudis voces & clamores pauperum contra divites!*
Quarta res est paupertas , quæ dividitur in tres status hominum , quorum unus est in hominibus , qui habent divitias sensuales & sunt pauperes intellectualiter in hoc , quòd sua anima non memorat nec intelligat nec amet illas cum inhonorata memoria & intellectu & voluntate : igitur isti in sua anima sunt pauperes bonorum temporalium , ut sint honorati in bonis cœlestibus memorando & intelligendo & amando illa .

14. *Secundus status paupertatis est , Domine , in Monachis & Religiosis , qui habent possessiones & amant paupertatem in particulari & habent divitias in communi : unde isti honorant suam animam , quando eam faciunt memorare .*

&

442 B. Raym. Lulli Lib. Contempl. Vol. III.
& intelligere & amare communitatem
bonorum temporalium & contemnere di-
divitias appropriatas ; sed verum est ,
quod quidam istorum in honorent suam
animam in communitate divitarum ,
quia plus amant , quod divitiae , quas
habent in communi , dividantur in pro-
prias partes , quam , quod partes sint com-
munes , & propterea sunt latrones inho-
norati in honorando communitatem di-
vitiarum , quae est fundata , ut sit pau-
pertas in particulari.

15. *Tertius* status paupertatis est, *Do-
mine* , in Religiosis , qui habent pauper-
tatem in communi & in particulari, si-
cut sunt fratres Minores & Prædicato-
res & Eremitæ , qui amant paupertatem
sensualem, ut possint honorare suam a-
nimam memorando & intelligendo &
amando suum Creatorem & suum Re-
creatorem ; nam , quia bona tempora-
lia impediunt animam in contemplatio-
ne sui DEI , contineunt ipsa in sua me-
moria & intellectu & voluntate & sunt
pauperes talium bonorum , quoniam non
amant

Lib. V. Dist. XXXIX. Cap. CCXCII. 443
amant possidere ea, ne impedian ipsos
in possessione bonorum cœlestium, ad
quam pervenit homo honorando suam
memoriam & suum intellectum & suam
voluntatem in virtutibus, per quas est
dignus recipere gratiam à suo glorioso
DEO.

16. f. *Potens Domine in omnibus potes-
tatibus, benedictus sis Tu & omne quod
tuum est! Quinta res est victoria: unde
dicimus, quod sensualiter sentiamus &
intellectualiter intelligamus homines a-
mare honorationem vincendo alios sen-
sualiter & intellectualiter: igitur, qui
vult esse victor sensualiter, sciat ordi-
nare suam animam in suo memorare &
intelligere & velle, quia per hanc or-
dinationem invenitur modus & via, per
quam homo est victor sensualiter; quo-
niam tribus virtutibus animæ diriguntur
sensus sensuales ad artem & ingenium &
modum, per quem sint victores aliorum
sensuum sensualium, qui non sunt ordina-
ti nec directi per ordinatum memorare &
intelligere & velle.*

17. Qui

17. Qui vult honorari per victoriam intellectualem , *Domine* , dirigat suam memoriam & intellectum & voluntatem ad scientiam & fidelitatem & patientiam & humilitatem & veritatem & justitiam & ad alias virtutes , quia, quando homo dirigit tres virtutes animæ ad istas virtutes , tunc per ipsas diriguntur quinque sensus intellectuales ad vincendum alios sensus intellectuales , qui non sunt directi per ipsas & sunt perturbati & mortificati per culpas & injurias & vitia ; quoniam per hoc , quod veritas sit res fortior quam falsitas , & sapientia quam ignorantia , & humilitas quam superbia , & fidelitas quam infidelitas & sic de aliis virtutibus & vititis , significatur , quod vis , quam virtutes habent maiorem quam vitia , sit ratione animæ , quæ est fortificata per ordinatam memoriam & intellectum & voluntatem , sicut est debilis per oppositum .

18. *Gloriose Domine !* Qui scit cognoscere significationes sensuales & intellectuales & scit eas memorare & intelligere

Lib. V. Dist. XXXIX. Cap. CCXCII. 445
gere & velle , amat honorationem sensualem & intellectualem , quando vult vincere falsas significationes sensuales & intellectuales ; sed , qui volunt honorationem in vincendo falsis significationibus veras & falsis rationibus veras & vitiis virtutes , quando putant esse videntes , sunt vieti ; quia , sicut non est naturale , quod minor vis sensualis vincat maiorem , ita non est naturale nec rationabile , quod vitia vincant virtutes , immo est naturale , quod vis sensualis , quae est debilis , fortificetur virtutibus , in tantum , quod vincat magnam vim sensualem , quae pugnat contra eam vitiis & peccatis.

19. g. *O Domine DEUS , qui honorasti meam animam novis rationibus & novis considerationibus ! Sexta res sunt ornamenta : unde dicimus , quod sensualiter sentiamus & intellectualiter intelligamus homines amare ornamenta sensualia & intellectualia ut sint honorati , & , qui amant honorationem sensualem , ornare suum corpus pulchris vestimentis & amare pul-*
chros

446 B. Raym. Lulli Lib. Contempl. Vol. III.
chros equitatus & alias res similes, ut sint
honorati per pulchra ornementa.

20. Sed , qui amant honorationem
intellectualē , *Domine* , ornant suam a-
nimam virtutibus memorando & intel-
ligendo & amando eas & memorando
& intelligendo & odiendo vitia ; quia,
sicut ornementa sensualia pulchrificant
corpus & tenent ipsum honoratum, ita
virtutes purificant & pulchrificant & or-
nant animam & eam tenent honoratam;
sed , quando homines amant ornamen-
ta sensualia plūs , quàm intellectualia ,
tunc amant plūs honorationem sensua-
lem , quàm intellectualē , & propterea
ornando & honorando corpus, disornant
& inhonorant animam cum perversa me-
moria & intellectu & voluntate , & ac-
cidit eis sicut stultæ fœminæ, quæ pingit
suam faciem & putat eam pulchrificare,
& eam deformat in hoc , quòd non sciat
occultare colores & articia , quæ in
ea applicat.

21. Nam , quando vir vel mulier se
ornat & pingit , *Domine*, illud ornamen-
tum

Lib. V. Dist. XXXIX. Cap. CCXCII. 447
tum significat , quòd sua anima amet luxuriam & vanam gloriam & superbiam , & non memoret nec intelligat nec amet Te nec cœlestem gloriam , & per hoc significat , quòd sua anima sit privata ornatu intellectuali ; & , in quantum turpitudo animæ est major , quàm pulchritudo corporis , in tantum se deformat . plus per turpitudinem animæ , quàm se ornet per pulchritudinem corporis ; quia nullum corpus potest habere tantam pulchritudinem , quantam turpitudinem habet anima , quæ habeat vilem & culpabilem & inordinatam memoriam & intellectum & voluntatem , cò quòd plus possit figura intellectualis deturpari per culpam & peccatum , quàm figura sensualis pulchrificari per aurum & colorrem & picturam : igitur , cùm hoc ita sit , fœmina ; quæ se ornat ut sit pulchra , se disornat significando , quòd amet luxuriam & vanam gloriam & habeat turpem memoriam & intellectum & voluntatem erga suum Creatorem & suum maritum & suos cognatos .

22. h. *Domine Dominorum, gloriose super omnes glorias!* Septima res est dominium: unde dicimus, quod sensualiter sentiamus & intellectualiter intelligamus homines hujus mundi amare dominium, eò quod ament honorationem, quia dominum cit occasio, ut honorentur super suos servos & super suos vasallos: igitur, qui amat honorari per dominium, habeat ordinatum memorare & intelligere & velle erga dominium, per quod vult honorari.

23. Unde Rex vel Princeps, qui amat honorari per suum dominium, *Domine*, memoret & intelligat & velit, quod suus populus honoret Te & intentione honorandi Te honoret ipsum, & ipse honoret Te & intentione honorandi Te velit honorari à suo populo, quia iste est modus, per quem Rex recipit honorem à suo populo; sed, quando malus Rex plus amat suum honorem, quam tuum, & amat honorari & non amat honorare Te nec suum populum nec alium Principem nec alium populum,

tunc est inhonoratus in tua Sapientia, quæ scit ipsum indignum omni honoratione, & est inhonoratus in memoria & intellectu & voluntate hominum, qui ipsum contemnunt.

24. *Gloriose Domine!* Reges & Principes, qui amant habere honorationem ab hominibus justis & habere ipsos in suo dominio, licet sint in pauca quantitate numeri, amant majorem honorationem, quam Reges & Principes, qui volunt esse domini multorum populorum & multorum hominum & non faciunt magnam vim in virtute ipsorum; quia honoratior est Rex, qui est dominus unus hominis boni & justi, quam qui est dominus centum hominum peccatorum; & homines, qui sunt servi, *Domine*, & volunt esse domini, amant inhonorationem putando amare honorationem; quia, sicut est naturale, quod Rex naturalis sit honoratus quando est dominus, ita est contra honorationem, quod vasallus sit dominus sui naturalis domini.

25. i. *Sapiens Domine in omni sapientia,*

450 R. Raym. Lulli Lib. Contempl. Vol. III.
tia , virtuose Domine in omni uiritate !
Octava res est sapientia : unde dicimus,
quod quidam homines ament sapienti-
am ut honorentur in hoc mundo , &
alii ament eam ut honorentur in cœ-
lesti beatitudine : homines amantes sa-
pientiam, ut honorentur in hoc mundo,
sunt illi , qui addiscunt Jus ut ditentur
& honorentur à Regibus & Principibus
& ab aliis hominibus , sed homines a-
mantes sapientiam, ut honorentur in cœ-
lesti gloria , sunt illi , qui addiscunt
Theologiam, ut sciant honorare Regem
gloriæ.

26. Igitur , cùm sensualiter sentia-
mus & intellectualiter intelligamus, *Do-
mine* , homines addiscentes Jus esse mul-
tò plures , quàm addiscentes Theologi-
am , & multi addiscentes Theologiam
eam addiscant , ut honorentur sensualiter
in bonis temporalibus , & honoratio sen-
sualis sit ferè nihil in comparatione ho-
norationis intellectualis , quomodo po-
test esse, quod plures sint studentes & ad-
discentes, ut honorentur sensualiter, quàm

stu-

Lib. V. Dist. XXXIX. Cap. CCXCII. 451
studentes & addiscentes, ut honorent Te
& honorentur à Te honoratione, quæ
nunquam habebit finem.

27. *Gloriose Domine!* Major honora-
tio, quam homo possit facere suæ ani-
mæ est, quòd memoriam & intellectum
& voluntatem faciat esse in Te & in tuis
honorationibus, quia, in quantum Tu es
honoratus super omnes creature, in tan-
tum honorat homo suam animam, quan-
do eam facit memorare & intelligere &
amare scientiam, per quam sciat me-
morare & intelligere & amare Te: igi-
tur, cùm hoc ita sit, quare homines
scribunt & legunt plures libros, ut ho-
norentur, quàm ut honorent Te? &
quare magistri docentes scientiam, per
quam homo honoratur sensualiter, sunt
plùs amati & melius soluti, quàm ma-
gistri docentes scientiam, per quam Tu
honoraris?

28. k. *Laudate Domine, benedicte, amo-*
rose! Nona res est *fama*: unde dicimus,
quòd homines ament bonam famam,
ut per eam habeant honorationem: igi-
tur,

tur, cùm fama sit divisa in sensualem & intellectualem & honoratio sit etiam divisa in sensualem & intellectualem, propterea homines amantes honorationem sensualem sunt amatores famæ sensualis, & homines amantes honorationem intellectualem sunt amatores famæ intellectualis.

29. *Excellens Domine!* Sicut homo quærerit majorem vilitatem, quæ est in domo, quando quærerit simos, ita amantes habere famam apud homines, ut sint honorati, amant viliorem rem, quæ est in homine; quia adeo est homo viliificatus & corruptus per peccatum, quòd non sit dignus ulla honoratione nec ultra laude, quantum ad respectum sui ipsius, cùm nullius rei habeat adeo parum sicut bonitatis, quoad se ipsum, cò quòd habeat plus mali, quoad se, quàm ullius alterius rei; quoniam omnem bonitatem, quam habet, habet à Te & per Te & in Te, & omnem corruptionem & culpam & vilitatem, quam habet, habet à se ipso: igitur, cùm hoc

Liber " *Dist. XXXIX. Cap. CCXCII.* 453
hoc ita sit, qui amat habere honora-
tionem & laudem & famam apud ho-
mines, amat fieri honorationem vilio-
ri rei & indigniori, quæ sit, secundum
intentionem, propter quam amat hono-
rationem.

30. *Honorate Rex gloriae!* Quando
malus Princeps amat, quod sua fama
expandatur per suum regnum & per a-
lia regna, tunc putat amare suam ho-
norationem & amat suam inhonoratio-
nem, quia talis cognoscitur per famam
qualis non cognosceretur, si ipse non
mitteret laudes de se per regna & pro-
vincias; quoniam, quando homines pu-
tant esse verum id, quod falsi lauda-
tores dicunt de illo Principe, & veni-
unt ad eum & vident oppositum, tunc
ipse recipit majorem inhonorationem,
quam si de eo non fuisset locutum; &
etiam, quando homo, *Domine*, dicit
laudes de malo Principe, tunc ipsum
inhonorat & facit, quod inhonoretur
ab aliis, quia memorat & intelligit lau-
dem, quam dicit non esse veram, &

prop.

propterea ipse recipit inhonorationem
in memoria & intellectu illius, qui fal-
sò eum laudat & in memoria & intel-
lectu illorum , qui per hoc , quod au-
diunt, memorant & intelligunt defectus
mali Principis injustè laudati , cò
quòd amet plùs suam lau-
dem , quàm justam
laudem sui
DEI.



INDEX

TITULORUM TOMI X.

VOLUMEN III.

LIBER IV.

DISTINCTIO XXXIX.

De Amore.

CAP. 269. Quomodo noster Dominus
DEUS amet se ipsum. fol. 3.

270. Quomodo natura divina & na-
tura humana ament se invicem in
nostro Domino JESU Christo 21.

271. Quomodo humana Natura nos-
tri Domini JESU Christi amet se
ipsam. 35.

272. Quomodo noster Dominus JE-
SUS Christus amet Angelos & An-
geli

- geli ament ipsum. for. 52.
- CAP. 273. Quomodo noster Dominus
DEUS amet homines. 69.
274. Quomodo Humanitas nostri
Domini DEI JESU Christi amet hu-
manum genus. 87.
275. Quomodo Angeli ament se
ipsos. 104.
276. De Amore, quem beati Angeli
habent erga homines. 121.
277. Quomodo homo amet DEUM
in hoc mundo & in alio. 139.
278. Quomodo homo in hoc mun-
do & in alio amet sanctam Hu-
manitatem nostri Domini J E S U
Christi. 157.
279. Quomodo homo sit obligatus
ad amandum omnia, quæ DEUS
amat. 175.
280. Quomodo homo sit obligatus
ad amandum DEUM, quia DEUS
ipsum amat. 192.
281. Quomodo homo amet amantes
nostrum Dominum DEUM. 210.
282. Quomodo homo amet artem
&

B.R.L.
Llib. Conte.
Tom. 10.

